2

af. inscrip

IOANNIS FRANCISCI BEATI
IN LIBRVM SECVNDVM METAPHYSICAE

Interpretatio: in qua, certis rationibus ostenditur, eum Librum ad Metaphysicam omnino non pertinere, sed esse procemium Secundi Libri de auscultatione Physica.

EIVSDEM Prædicamenta in locum veterem confirmata.

Venetiis. M. D. XLIII.

2

AMPLISSIMO ET ILLVSTRISSIMO. S. R. E CARDINALI IACOBO SADOLETO IOANNES FRANCISCVS BEATVS. S. P. D.

CVM PAVLVS *Sacratus tuæ amplitudinis nepos me nomine tuo admonuisset, ut diligentius animaduerterem, an Liber quem latini Metaphisicæ secundum & Græci nunc rē primum appellant, ad philosophiam primam, an potius ad naturalē pertineret, atque secūdo physicorum iure præponendus esset, tanq̄ à somno (fateor equidem) profundissimo excitatus rem ipsam mecum tractare cœpi, quod ante facere non ausus sum. Nempe licet sæpius adubitassem, q̄ cum Alexander seu Ephesius Michael ad Metaph. an potius ad omnē speculatricē disciplinā eum librum prooemium esse quæreret, commune omnium prooemium determinans nequaq̄ mihi satisfaceret, Ita Græcorum tamen Latinorum atq; Arabum authoritate detinebar, ut uel uidens quidē in eo naturalia proponi tot clarissimis uiris, quasi quod apertissimum esset non aduertissent, aduersari non auderem, tantæ profecto pernicieì in omni, quos summos à uetustioribus seu à nobis ipsis accepimus, authoritas est, Si quid enim dixerint ad habendam eius rei rationem inertiores reddimur, at si quid, quod deterius est, falsò pronunciauerint, nos ambigentes ueritatem non inquirimus. Et propterea philosophiam profitenti eo uerbo,* IPSE DIXIT, *nihil turpius esse potest, Nam si ille ratione dixit, eamq; sectator rationem prætererit, stertentem atq; oscitantem cognoscemus, si uero nulla ratione, quod ille dixerit, illum sequutus affirmauerit, hunc æque atq; agnum matris balatum sine ratione orationē emittere didicisse intelligemus. Quare tuo admonitu à Græcis à Latinis atq; Arabis discedens, & ipse iam quasi mei iuris factus euidentissimis rationibus tuam illam sententiam uerissimam esse cognoui, Alexandrum uero illum satis leuiter errasse, Id quod ut lucidius atq; exactius ostenderem, omnem eum Librum exposui, ipsumq; in pristinum Aristotelis locum restitui, Cumq; tua amplitudo eius rei author fuerit, dictæ expositionis lucubrationes meas ei dicare, qualescunq; essent, æquum iudicaui, ut opus absolutum atq; perfectum ad principem authorem suum rediret, Accipe ergo Amplissime Domine, & cum per ocium licuerit uideas uelim an satis recte fecerim, ut tu recte admonuisti. Quod si grauissimo tuo iudicio cēsueris, tuæ laudi potius, q̄ segniorē excitaueris q̄ meæ ascribendū esse existimes, sin minus, tu tua profundiore doctrina addas, diminuas, expurgas atq; castiges opto. Eoq; profecto castigationes tuæ gratiores erunt, quò opus exactius ac doctius effectum tuo splendore ad tam grauem, tam antiquum, ac doctissimorum uirorum communem adeo errorem extirpandum in lucem prodibit.*

Vale Patauij. XIIII. Cal. Iunij. M. D. XLIII.

IACOBVS SADOLETVS IOANNI FRANCISCO BEATO. S. P. D.

QVOD Meo admonitu Librum Aristotelis altiori philosophiæ opinione ueterum attributum, quem Græci A. posterius appellant, accuratius tibi inspiciendum sumpseris, eumq; uerius, id quod ego semper iudicaui, procemium secundi naturalium auscultationum libri deprehẽderis, probo in eo æquitatem animi tuam, simulq; ingenium & prudentiã collaudo. Nam q̃ nõ fuisti in opinione iam inueterata pertinax, libenterq; uocẽ monentis amici audisti, fuit id egregiæ cuiusdam bonitatis animiq; facilitatis, qui ad auscultandam rationem semper sit paratus, qua natura qui sunt, & qui ita facere instituerunt, ij sunt potissimum, quorum usu & familiaritate libentissime philosophia utitur, fitq; illis ipsa non iam hospita, sed contubernalis. Quod uero acute etiam uidisti, penitusq; introspexisti nõ pertinere eum librum ad eam philosopiam, in qua erat errore ueterum numeratus, uel in qua potius numerum nullum obtinebat, ostendisti in eo mihi singularem quandam & ingenij tui & iudicij uim, quam certius etiã atq; illustrius in libro tuo contemplor, cuius uehemẽter lectio me delectat. Sunt enim res in eo pulcherrimæ, non sordida neq; contorta, sed apta & eleganti oratione explicatæ, quo maxime modo gaudet philosophia se tractari: Etenim quid cogitari potest tam absurdum q̃ eam scientiam, quæ rebus occultissimis, & à natura inuolutis clarissimum lumen ad intelligendum afferre se profiteatur, obscure ipsam, & sine delectu atq; ornatu uerborum tradi? Sed hæc & uidisti optime tu, & sapiẽter cauisti, dedistiq; ad eas te in scribendo partes, ut non modo ingenium tuum atq; doctrina, sed stili etiam elegantia iure laudetur. Quam ego laudem pro amore tuo erga me, uicissimq; in te meo, & gratulor tibi, & communem tecum mihi esse statuo: cum enim (ut scribis ipse) tuũ hunc Librum mihi dicare constitueris, & in eo meum nomen unà cum tuo nomine tradere immortalitati, nihil alterutri nostrum ex illo potest laudis accedere quod ab altero seiunctum sit. Quare mi doctissime Ioan. Francisce, quando tu me participem laudum tuarum facis, nostræq; initia amicitiæ à tuo tanto erga me & officio & merito auspicare, debes tibi persuasum habere, me ingenuis & liberalibus disciplinis mediocriter excultum, imprimis id curaturum, ut me & uirum bonum & gratum hominem agnoscas, quem me eiusmodi esse aut re aut opera aliquando, interea quidem certe amore & memoria tuorum officiorum tibi comprobabo. Vale & nos dilige. Mutinæ. ix. Cal. Iunij. M. D. XLIII.

PROOEMII SECVNDI PHYSICORVM Expositio Io. Francisci de Beatis Veneti in Gymnasio P. Metaphysicam profitentis.

VERITATIS Contemplatio partim difficilis, partimq; facilis est.

NON MINVS graui q̃ lõgæuo errore Græci expositores detenti, hunc librum ad Metaphy. speculationem pertinere existimauerunt, initium tamen & libri exiguitatem spectãtes non solidum, sed mutilatum, & libri partem potiusq̃ librum iudicantes ac ueluti ad diuinam scientiam procemium alterum, minorem primum inscripserunt, Latini uero eundem errorem sequuti, nullam tamen exiguitatis seu libri mutilationis rationem habẽtes, Metaphysicæ librum secundum esse uoluerunt. Verũ ex his, quæ in eo continentur, non ad Metaphysicam, sed ad naturalem philosophiam, & secundi libri physicorum procemium esse adeo manifeste constat, ut mirum profecto sit, unde talis error prodierit, ut tot celebres uiri Græci Latini atque Arabes, eo errore detrusi fuerint, ut & dubitãtes quidem, (de Græcis loquor) non animaduerterint. Nempe cum Arist. in primo de physica auscultatione ad naturalium principioꝝ inquisitionem iuxta sentẽtiam antiquoꝝ non distinguentium sensibilia ab insensibilibus, fecisset exordium: non proprium in eo naturalia seu transmutabilia scientifice perscrutandi modum, sed cõem quendam, ut & ipsi cõiter de principiis notitiam tradiderunt, proposuit. Sumpta enim Posterioristica dignitate illa (Quoniã tunc scire arbitramur cum causas principia & usque ad elementa cognoscimus) naturæ seu naturalium rerum principia inquirenda statuit, in eorumq; inquisitione modum communem illũ statim a notioribus nobis, hoc est a cõmunioribus seu quadam intellectuali cõtinentia compositis, incipiendum esse subiecit, ut a materia & forma non cuique propria, sed omnibus communi. Et propterea cum id ad priuatã naturalis philosophiæ doctrinam in ueritatis certitudine a cæteris plurimum diuersam explicandam non sufficeret, præsertim cum de transmutabilibus ipsis non temere antiquorum more, sed distincte quidem ab immobilibus ideoq; certissimis re, ut Diuina, aut ratione, ut Mathe. disputaturus esset. alium res ipsas transmutabiles, & proprium quidem, quẽ esset cum cæteris proponendis explicaturus, inquirendi modum priuatoquodam ali-

quo procemio iure proponere tenebatur, animaduertebat.n. ut oculatissimus philosophus, res transmutabiles in ipsius et ueritatis contemplatione diuersum considerandi modum requirere, cum in cõmuni illo exordio priori a notioribus nobis incipiendum (quãquam ueritatis certitudine admodum impares) cum mathe. atque diuinis res transmutabiles conuenire cognosceret. Quapropter antiquorum tam mobilium q̃ immobilium rerum principiorum adductis opinionibus, atq; reiectis, cum non minus falsae, q̃ diminute ueluti initiantes atq; in philosophia balbutientes ea adduxissent, uere atque perfecte eorum principiorum notitiam traditurus, in calce eius physicae auscultationis primi libri dicens. (Rursus aliud principium incipientes dicamus) hoc exordium Aristotelem adduxisse merito comprehendi potest, q itia ea, quae per se in secundo physicoꝝ tractantur in hoc procemio proponuntur, ut typus & formula quaedam ipsius secundi physicoꝝ, esse ab uno quoq; animaduertẽte facile cognoscatur: idcirco ea iniuria, ab ipso secũdo physicoꝝ procemium hoc distractum est, ut ab ipsa inquirẽdae quiditatis naturae in hoc procemio propositae sectione. (Eorum quae sunt) secundum librum physicorum incipiens, truncus & sine capite secũdus liber ille relictus iacere uideatur. Nec minore profecto iniuria inter primum & secundum Metaphysicae interiectum esse arbitrandum est, cum nulla ratione, sed monstrose prorsus paternam eorum Aristotelicam connexionem dissoluat. In calce nãq; primi Metaphisicae ipsum tertio Metaphisicae uti proximo continuandi gratia, ita scriptum reliquit Arist. (Nunc autem redeamus rursus allaturi, quae de eisdem quispiam dubitare posset, ex ipsis enim facultatẽ ad posteriores dubitationes forsitan consequemur). Duabus ergo propositionibus primũ librũ conclusit. Quarum prima, quaestiones, quae in secũdo quẽ tertiũ Latini uocant per modũ, quaestionis tantummodo disputãtur, circa principia, de quibus iam contra antiquos dixerat, se disserturum pollicetur. Altera uero quaestiones tales proponendi rationem adducit. s. ut soluendi facultatem consequamur. Quibus eisdem propositis propositionibus tertii libri, in quo dubitationes, & per modum dubitationũ ponuntur, magis tamẽ explicatis, fecit initium. Inquit enim Necesse est ad eam, quam quaerimus scientiam, ea primum nos aggredi de quibus dubitare oportet. Haec autem de quibus aliter quidam existimauerunt, & si quid praeter illa fuit neglectum atq; omissum. Et haec propositio respondet primae propositioni

in calce primi propositæ, non enim solum errauerunt circa ea principia antiqui de quibus dixerunt, sed & principia necessaria prætermiserũt, & propterea dubitatiões præter eas,quæ adductæ sunt, in calce primi se allaturum pollicebatur. Deinde quæ ad alteram in calce primi attinent declarando sequitur dicens. Est autem operæ precium bene eos dubitare, qui consequi percupiunt facultatem, posterior enim facultas est eorum,quæ prius dubitantur, atq; fieri non potest uinculum soluatur, si ignoretur. Nec contentus tã breui sermone explicasse facultatem,quã dixit in calce primi cõsequi nos ex dubitationibus propositis,sed longiore sermone edisserens,quo pacto se habet dubitans,& quo pacto facultatem soluendi ex ipsis dubitationibus consequatur,explicauit,quæ non pigebit referre,ut ex positione dubitationum earũdem propositio habeatur, quoniam & ex hoc aperietur falsa & inanis quædam erroris propositi defensio. Inquit enim. Sed dubitatio mentis id ipsum re declarat. Quo enim mens dubitat eo persimilis est ligatis,fieri enim nequit,ut ulterius,hæc aut illi progrediantur. Hæc autem explicatio qualitatis dubitantis est, quam ideo adduxit ut alias afferret rationes cur ponendæ sint dubitatiões prius, ut in calce primi proposuerat,& ratio quam in eodem proposuit,& in tertio posuit,est ratio a posteriori, est enim sumpta,ut patet ex utilitate,quã ex positis dubitationibus consequuturi sumus. hæ uero rõnes,quas ponit qualitate dubitãtis explicata,a priori sunt, quare.s.sint dubitatiões adducẽdæ & ponit tres rõnes,quarum prima est. Quia homines qui quærunt,si primo non dubitauerint persimiles his sunt, qui ignorãt quorsum pergere oportet. Secunda est. Et insuper neq; si id quod quæritur inuenerit tandem nec ne discernere possunt,finis enim his nõ patet,at ei,qui ante dubitauit,manifestus est. Tertia uero est. Propterea melius ad iudicandum affectũ cum necesse est, qui rationem etiam cõtendentes omnes perinde atq; aduersarios audiuit. Ex quibus satis constat quo pacto dubitãs in eo.iii.libro posuerit,& in principio se allaturũ proposuerit,non enim soluendas proposuit,sed tantum adducendas, id tamen commodi nos consequuturos,cũ sub dubio in calce primi proposuisset,in principio proximi firmiter probando explicauit,solutiones.s.consequi nos ad dubitationes,cum soluere nesciant,qui uinculũ ignorãt. Ex quo apertam atq; manifestam primi Metaph. cum secundo apud Græcos, & apud Latinos tertio continuationem habemus,& iniuria primum minorem apud Græcos & secũdũ apud

Latinos (ut diximus) interiectum esse, & defensionem, quã innuit Michael & latini afferunt, nullam prorsus esse, uidelicet quæ in calce primi maioris proponũtur quæstiones, disputari in primo minori, quia. s. de causarum infinitate disputatur, proponuntur enim dubitationes, ut cognito uinculo facultaté soluendi consequamur, & non ut soluantur, & hoc ideo in tertio non soluũtur, sed ad utranq; partem rationes adducuntur, ut paratiores simus adiudicandum, in secundo autem seu minori primo dubitationes infinitatis causarum nõ ponuntur quidem, sed causas non procedere in infinitum probatur, aliud utiq; est probare aliquid, & aliud est dubitationes ponere, ut quo pacto dubitationes se habeãt animaduertatur, ut inde facultatem acquiramus. Et licet aliquid probari non possit, nisi præcesserit aliquo pacto dubitatio adminus intellecta, nõ fuit tamen hæc in calce primi proponendi ratio, ut satis constat, & cum in secundo seu minori primo non posita sit dubitatio. Vtrum causæ in infinitum procedant, neq; rationes ad utranq; partem positæ sint, ut in tertio seruatur ad executionem propositi in calce primi, sed proponitur tanq̃ manifestum & explicatur ratio, dicitur enim. At uero constat principium quoddam esse, & neq; profectione recta, neq; specie infinitas rerum causas esse, manifestum satis est alia ratione positã esse causarũ infinitaté in secundo q̃ dubitatiões propositæ fuerint in calce primi, & propterea secundus hic ut a latinis inscribitur non est primo proximus, sed tertius, in quo eadé rõne dubitatiões ponũtur qua & in calce primi proponũtur. Cũ itaq; ex ipsis eisdé propõnibus in calce primi propositis & in principio tertii repetitis atq; declaratis iure primo libro tertius proximus esse uideatur, & in calce primi physicorũ aliud principiũ se facturum eo iure pollicitus esse uidetur, ut qui necessarius est modus res transmutabiles inquirendi proprius proponeretur, transpositum hunc librum prorsus certissime cognoscimus, præsertim cum (ut diximus) ita formula typusq; quidam secundi physicorũ sit ut in eius expositione manifestabimus, ut nihil in eo penitus sit, ut iure cũ tertio aut cæteris metaphysicalibus libris cõtinuari possit. Vt aũt ueritas hæc manifestetur ad expõné accedamus.

CONTEMPLATIO ueritatis, partim difficilis, partimq; facilis est.

Omnes hunc Librum non librũ, sed procemium alicuius libri etiam noléntes fatentur. Michael nõ alicuius libri, sed ad oém cõ

templatricem

templatricem doctrinam proœmium commune esse cõtendit, Asclepius autem & latini proœmiũ dicere coguntur ad secundum seu tertiũ metaphy. propter eã quã cum eo libro cõtinuationem faciant, inquit enim in Tex. co. ii. (Est itaq; dubitatio prima de his quæ in exordiis dubitauimus. Vtrum unius an plurium scientiarum sit causas contemplari). Quæ dubitatio proposita esse uidetur in calce minoris primi, inquit enim (Et si unius facultatis an plurium sit causas principiaq; contemplari. Cumq; ergo dicat in tertio de his quæ in exordiis dubitauimus, sequitur hunc apud eos exordium esse ad tertium, sed hãc nullam profecto esse cõtinuationẽ suo loco manifestabimus. Natura autẽ exordii est de more Aristotelis, ut proponatur dignitas, seu antecessio aliqua, & ipsa quatenus opus est declarata, omnem declarationis sermonem ad proponẽdum subiectũ eius libri, seu doctrinæ cuius est proœmium, proprium sciẽtiæ inquirẽdi modum, & subiecti principia atq; causas dirigere, ut patet ex proœmio ethicoꝝ, proœmio Metaphysices, ex primo Physicæ auscultatiõis proœmio, ex libri de aĩa proœmio, & in cæteris deniq;, propterea & in hoc ea antecessiõe assumpta. Veritatis cõtẽplatio partim difficilis partim facilis est, quã exactissime declarat, omnem declaratiõis sermonem ordinat ad proponendum. Quid natura sit, perscrutandũ, quæ a naturali philosopho consideranda, horum causas, rerum deniq; trãsmutabilium modum proprium inquirendi, ut ex calce proœmii huius patebit. Quæ singula in secũdo physicoꝝ diligẽtissime tractari nemo est qui nesciat. Hanc uero dignitatem ea ratione assumpsit, ut antiquos, quorum, de principiis rerum omniũ opiniones impugnauerat, quibusq; etiam de principiis non recte sentientibus gratias erat relaturus, non prorsus ꝙ male & deficiẽter dixerint, accusaret, sed ut ingenuus philosophus potius excusaret. Nempe si ueritatis contẽplatio partim difficilis, partimq; facilis est. Quid miꝝ, si primi philosophãtes in ipsa principiorum disquisitione errauerint atq; defecerint? Et licet hac ratione proœmiũ hoc metaphysicæ æque atq; naturalis philosophiæ esse posset, ꝙ. s. in primo utriusq; philosophiæ principiorum opiniones adduxerit, & confutauerit. Quia tamen ex fine proœmia iudicanda sunt, in quo proponuntur quæ tractanda sunt in scientia cuius sunt proœmia, & ad ea quæ proponuntur omnis proœmiorum sermo ordinatur (ut diximus) iõ cũ proponuntur in calce huius proœmii naturalia & metaphysi-

calia.naturale & non metaphysicale necessario dicemus. Neq; ex hoc ꝙ ueritatis contéplatio metaphysicalis est,& hãc assum pserit propositioné,metaphysicale iudicãdum est, quoniam in huiusmodi procemiis dignitates sumuntur,siue logicales sint ut ea,quæ est primi physicoꝝ,seu naturales, ut ea quæ est primi Metaphysicæ, nec propterea libri aut sciẽtiæ quorum sunt procemia,ex illis sumptis dignitatibus iudicãdæ sunt, nec procemia, non enim naturalis scientia logicalis, nec procemium ipsius logicale,nec Metaphysica,aut procemium eius naturale dicetur,sed ex fine,ut prius diximus,ad qué dignitas quæcũq; sumpta & dignitatis declaratiuus sermo dirigitur. Adde ꝙ hoc loco nihil de ueritatis quiditate,nihilq; quod ueritati per se cõpetat,tractatur, sed tantum de hoc quod ueritati accidit tum ex parte nostri,tum ex parte rei,ꝙ.s. difficilis sit atq; facilis, nõ tamen prorsus impossibilis captui intellectus nostri. Hanc autem antecessionem a contemplatione ueritatis, non a ueritate tantum incepit,eo ꝙ ueritas ab artifice quocũq; scientifico uel non scientifico inquiritur, scientifici tamen cõtemplatio finis est,non scientifici operatio uel operatione actum atq; cõfectũ. Et licet propositio uniuersalis sit,& cuilibet doctrinæ contemplatrici cõmunis,non tamen ex hoc arguendum est procemiũ istud uniuersale esse ad quamlibet contemplatricem disciplinã ut uoluit Michael,sed ab eo,ad quod uniuersalis hæc propositio contracta est,eius(quale sit) ratio sumenda est. Vniuersali itaq; propositione hac ratione proposita tanquam conclusione,cum ratione dignitatis a priori probari ipsa nequaꝗ̃ posset ueram eam esse a signo declarat dicens.

INDICIVM autem est neq; digne queꝗ̃ ipsam consequi posse,neq; uniuersos etiam aberrare,sed quenquam aliquid de natura dicere.

Signo eo contemplationis ueritatis difficultatem ostendit, ꝙ adeo ea ipsa ueritas recõdita atq; occulta esse uidetur,ut qui in ea,ut comprehendant,contemplatione uersantur,de ipsa pro rei dignitate nõ disseruerint,uixq; pro magnitudine ac rei præstantia attingere potuerint,facilem aũt eo argumento cognoscimus,ꝙ qui in eius studio perstant,non prorsus aberrare animaduertimus, sed de ea quisq; recte aliquid dixisse uidetur de natura contemplatus,& de natura dixit, quasi ad philosophiã naturalem sermonem dirigere intenderet, licet de superioribus

etiam naturæ nomen dici possit, minus tamē n proprie quo ad nos & secūdū cōem loquēdi usum & philosophātiū qdē, & propterea Aristoteles naturam diffiniuit per principium motus & quietis, & naturalem a natura eam philosophiam nuncupat, quæ de mobilibus, ut distinguitur ab ea quæ de immobilibus tractat, ut expresse habetur sexto Met.t.c.1.&.2. Et propterea ex huius nominis communitate analoga, aut impropria dixerim, arguere hoc procemium commune esse ad omnem cōtemplatricem doctrinam (ut innuit Alex. ille) eius uenia dictum sit, satis rude esse uidetur, Et licet Aueroes in ultimo huius, pro defensione communis erroris affirmet hoc nomen naturæ secūdum se de supernis & abstractis magis dici, tamē cum ex diffinitione profecto noium de quibus dicantur arguendum sit, de mobilibus dici ex definitione naturæ dicemus, præsertim cum in definitione principium motus passiue potius græci q̃ actiue uelint. Et quamuis dicat de mobilibus naturam dici magis secundum famositatem, non est tamen ratio quare hoc loco a famositate Arist. recesserit, ut intelligamus per naturā supernas substantias, aut commune quoddam mobilibus & immobilibus, ut procemium istud cōmune aut Metaphysicale potiusq̃ naturale dicatur, sed hoc ex his quæ in calce proponuntur erit determinandum. Quod uero sequitur dicens.

ET singulos quidem nihil aut parum ad ipsam conferre, ex omnibus autem congestis magnitudinē quādā emergere.

Videtur adiectum esse, ne quis absterreatur ab amplectenda philosophia, q nihil aut parum ueritatis in ea acquiri posset, quoniam licet singuli parum ueritatis afferāt, ex multis tamē paruis in unum collectis fieri non aspernēdum quidem cumulum predicat, quo comprehendimus uere procemium esse, q oratoria arte in eo usus hortatur nos, ne ipsam, ut inquit Michael, uelut omnino facilem negligamus, aut uicissim tanquā prorsus difficilem desperemus, quasi non possimus nihil aut parum quid ueritatis uel longo labore consequi. Quod uero sequitur dicens.

QVARE si ita sese habere uidetur, ut dicere prouerbio consueuimus, quis nam ostium non attinget, hoc quidē pacto facilis erit.

Facilitatem cognitionis ueritatis exemplo sagittarii docet

qui cum Scopum latum atq; amplum æque atque ostium habuerit, aberrare non nisi uolens poterit, ex quo facile comprehédi potest, circa quæ facilitatem intellexerit, cũ prius dixit. Neq; uniuersos aberrare, sed quéq; de natura aliquid dicere, & circa quæ difficultatem, cum dixit. Nihil aut parum attigisse. Qui sagittariis angustũ scopũ propositũ habentibus comparātur, aberrare q; facile, & difficulter attingere ualeāt, manifesta aut& cunctis ferme euidentia intelligit, talia autem latini principia intelligunt, & recte quidem, cum ratio habenda sit ad ea, de quibus disputauit in primo. Omnes quidem materiam principium rerum transmutabilium posuerunt, formam, priuationẽ aliqui, agentem causam nec secus, sed quæ nam res ipsa materia esset, dicere non potuerunt cum rem in actu eam ipsam sibi proponerent, formam accidentalem propterea fateri cogebātur, & transmutationem substantialem nullam, priuationem autem licet Plato posuerit, quasi quodam manifesto existente, sed quæ qualisq; sit, an eadem materiæ an potius diuersa, angustum ẽ, hoc itaq; ẽ de quo dixerat eos, nihil aut parum dixisse, de substantiali forma nihil, de fine nihil, de agente parum, de materia parum, de priuatione idem. Horum igitur, quæ cũ determinatum sit totius naturalis philosophiæ eẽ principia, qui de natura dixerant, manifesta quædam habent, quæ ueluti latũ Scopum se se offerunt, quædam occulta, quæ illis æque atq; sagittariis angusti scopi locum obtinent, habeantq; propterea grauem perscrutandi difficultatem, quam proponit dicens.

AT TOTVM ac partem habere non posse, id difficultatem ipsius ostendit.

Alex. ille in expositione huius particule plurimum laborat. Dictũ enim superius ẽ, singulos aliquid ueritatis attigisse, omnem uero neminem, hic uero oppositum, totum. n. hẽre & partem hẽre non posse, inquit, difficultatem arguit, hanc ergo contradictionem effugiens Michael primo uult negationẽ super utrunq; cadere. s. & super totum, & super partem, ita ut neq; totũ, neq; partẽ habuerint. Non enim dixit singulos simpliciter ueritatem attigisse, sed nihil aut parũ. Qui uero parũ aut nihil attigerunt hi non modo in uniuerso, sed & in partibus defecerũt, & propterea nũc totũ & pars negatur. Secũdo cõmutata dictione legit. s. totum non posse & partem habere posse, difficultatem arguit, & sic superioribus cõgruit. Tertio legit, ut totum

affirmetur,& pars negetur, omnes inquit ad intellectum totius ueniunt,sed nullam ipsius partem explicare ualent,nec propter hoc contradicit,prius enim partem cognosci concessit, sed nõ perfecte,ideo hic exacta negatur partis cognitio, totum autẽ hac particula non affirmatur cognosci,sed intẽtio totius,oẽs enim intendunt cognoscere,& in hoc laborant. Quarto mácũ esse uult textum & suppleri debet dictio. Omnes simul,& sensus est,omnes simul totum habere,singulos uero partẽ habere, nõ difficultatem arguit,& congruit ei quod supradixerat, singulos quidem parum aut nihil ad ipsam cõferre,ex omnibus autem congestis magnitudinem quãdam emergere. Quinto proponit negationem. Non posse,inquit, totum & partem habere, sed habere partem solum, difficultatem arguit,sed in minimare nimis superstitiosus est. Asclepius in scoliis suis uidetur superiorem partem intelligere de substantia, quæ cum incorporea sit tota cogitatione percipi,aut attingi potest, non autem intelligi, hoc autem loco, aut intelligi tota aut non intelligi prorsus affirmatur, propterea ꝙ impartibilis sit. Sed cum eorũ quæ in priori libro dicta sunt,habenda sit ratio,ad propositum nõ ẽ quæ de substantiæ ĩpartibilitate atq; incorporeitate attulit. Comentator textum habet facilem,ideo facilem aperit sensum inqt.n.& demonstrat difficultatem eius ꝙ nullus comprehendit eam secundum totũ,nec magnã partem eius.s. a tempore quo audiuit loqui de scientia. B.T. subtilissime hanc particulam declarat. Totum enim siue illud potentiale fuerit siue actuale uel integrale primo cognitu facile est, sed hæc ipsa in partes resoluere graue profecto atq; difficile. Nemo enim ẽ qui animal nõ cognoscat,in partes uero potentia contentas resoluere nemo profecto est. Quis.n.est,qui aĩalis spẽs oẽs enumerare possit,nedum earum quiditates intelligere, aquatilium.s. terrestrium,& uolatilium? Nec secus de toto actuali,hominem,n. in actuales oẽs partes resoluere difficile est, præsertim si genus proximum illud sit,quod in duas tantum differentias secatur, duasque propterea tantum species sub se habeat, in partes uero integrales,ut hominem in caput,manus,ossa,neruos,medullas, & carnes cæterasq; partes & singularium partium officia explicare perpauci equidem sunt,si tamẽ unus fuerit, alter fortassis non est, ut hac nostra tempestate Vuesalio anatomista adeo admirabilis,ut Arist. Galeni & aliorum plura errata in suis sectionibus apertissime ostenderit. Iuxta ergo talem sensum dice

mus, totum cogno fcere facile eft, partem uero non fcire, hoc ē, ipfum totum nefcire in partes fuas refoluere, difficultatem arguit, quam expofitionem fi principiis applicauerimus, de quibus loquutus eft in priori libro, ad fenfum Arift. accedere manifeftum eft. Materiam enim totam cognofcere facile quidem eft, fed eam a priuatione diftinguere ita difficile eft, ut Plato fua ingenii perfpicacitate non cognouerit. Materiam cum potētia antiqui omnes cognouiffe uidentur, eam tamen ab eius potentiæ parte non ita diftinxerunt, ut omnium prorfus formarum puram potentiā exiftimarent, atq; ab omni forma penitus expoliatam dicerent. Quin & ufq; modo extant philofophantes qui fine forma corporeitatis perpetua, ipfiq; eadem numero coæterna non intelligant materiam, quin & fe folos ita affirmantes philofophari poffe, fecus uero tenentes nequaq̄ prædicant, tam inaniter apud eos contra antiquos difputauit Arift. analogia & negatione fola materiæ naturam defcribens, poftq̄ folū tranfmutatione fubftantiali oftenderat. At fi fubiecto, quomodocunq; uelint formato, tranfmutatione fieri cuncta contendunt, materiam fubftractam formæ perpetuæ alia a tranfmutationis ratione dari hi foli philofophantes, ut probēt, indīgēt, corpus utiq; fimplex cuiufq; generationis fubiectum dixerimus, nō ex materia & forma compofitum, ficq; difficultatem patitur rerum naturalium ueritatis contemplatio. Vnde uero hæc oriatur difficultas declarare intendens inquit.

FORTASSIS autem cum difficultas duobus modis exiftētibus non in rebus, fed in nobis ipfis difficultatis ē cā.

Difficultatem ex duobus, ex rebus .f. & intellectu, prouenire manifefte affirmat, fed neq; ex rebus abfolute intelligendū ē, neq; ex intellectu fimpliciter, fed ex utrifq; ī ordine ad fenfum, nam quia intellectus nofter fenfui addictus eft, non poteft nifi mediantibus fenfu & phātafia intelligere, ex quo fequitur, res, quæ parum in imaginatione per fenfum exteriorem imprimi poffunt, difficile intelligi, quēadmodū fupernæ abftractæ fubftantiæ, quia a fenfu maxime elongātur, nec fenfu percipiūtur, in imaginatione figi nequeunt, a fenfu autem elongantur propter nimiam actualitatem, & nimiū a potētialitate receffum contra uero, quædam propter nimium acceffum ad potentialitatem & parū acceffum ad actualitatem minus phātafiabilia & per confequens minus ab intellectu noftro intelligibilia, cō

tingit autem hoc quia intellectus noster mediat inter substantias pure intellectuales, & materialia seu pure potentialia, ideo obiectum ipsi proportionatum necessario aliquod medium est inter purum actum & puram potentiam, & propterea res secũdum maiorem & minoré accessum & recessum a pura potentia & a puro actu magis & minus intelligibilia sunt. Et quia talia sensibilia & imaginabilia sunt, ideo intellectus seu anima intellectiua corpori sensus habenti unitur, qui sensus intellectui deseruiunt, sunt enim sensus propter intellectum, & non econtra. cum igitur sine sensibus & phantasia non possit intellectus noster intelligere, esto ꝙ ex se cét summe dispositus, indispositio ex parte sensuum & imaginationis cõtingere potest, ideo per accidens quandoqꝫ indispositus, per se tamen nunq̃ eo ꝙ nõ utitur organo nec formam habet cõtrariam, ideo ad proportionatũ obiectum in eius formas gradatim tamen, ueluti ab exeũte de potentia ad actũ patẽtialiores formas recipiendo intellectus summe dispositus est. Et ut materia formam ueluti bonũ quo in esse perficitur, appetit, gradatimqꝫ eas recipit, ita quoqꝫ intellectus species ĩtelligibiles quibus in ipsa intellectiua perficitur appetit, & gradatim recipit. Et ut materia non omnem formã absolute appetit, sed eã tantũ ad quã habet aptitudinem, hoc est ad formam sensibilem, non ex se subsistentem, quam materialẽ dicimus, ita & intellectus non quamcunqꝫ formam intelligibilem appetit, sed eã tantum ad quam proportionem habet, hoc est, ad eam, quæ per sensum ad imaginationem transitum hẽt, hãc utiqꝫ primo & per se intelligit. Si qua uero quæ sine tali forma quacunqꝫ constent ratione intelligat, siue ad actum purissimum accesserint, siue ad purissimam potentiã, non nisi illis mediantibus quæ primo & per se intelligit, percipere potest. Impedimẽtũ ergo cognitiõis intellectus nostri ex parte rei agẽtis in intellectũ, & ex parte ipsius intellectus ab ipsa re ĩtellecta formã recipientis propter habitudinẽ quam habẽt adinuicem, cõtingere potest. Quod exẽplo uisionis manifestatur, consistit enim uisio in habitudine rei uisibilis & uidentis, illius ut agentis, huius uero ut patientis. tunc autem ex re ipsa impedimentum cõtingit, quando res ipsa simpliciter uisibilis non est, ut res odoratæ quatenus odoratæ, aut quia non multũ uisibiles, ut quæ nõ sunt sufficientis luminis participes. Ex parte uidentis uero uel per se uel per accidens contingere potest, per se ex parte potẽtiæ uel organi deficientis. Vnicuiqꝫ autem speciei generis uidentis

organum determinatū est iuxta uidendi potentiā.at si aliquod indiuiduum non uideat ut alterum indiuiduū erit impedimentum per accidens,& sicut determinatum a natura organum potentiæ uisiuæ proportionatum, ita & obiectū quoqꝫ potentiæ congruum atqꝫ proportionatum concessum est,nec secus dicendum est de intelligibilibus substantiarum intellectualium, obiecta distributa sunt iuxta intellectiuas potentias,siue tales identificentur substantiis intellectualibus,siue distinguantur. Et intellectus humanus ꝙ in umbra intelligentiæ creatus est,hoc ē, prope materiam,materialem seu sensibilem quiditatem,hoc est res per sensum ad imaginationem transeuntes pro obiecto sortitus est,sicut & inter substantias prorsus separatas ultimū gradum obtinuit lunaris intelligentia, quæ propter maximum recessum a primo intellectu,licet seipsam per seipsam intelligat, imperfectius tamē seipsam eo ꝙ īperfectior est cæteris,intelligit,& obtusius q̄ cæteræ alias cōprehēdit,& in ea eaꝝ,quæ seipsas per seipsas substātiaꝝ intellectualium intelligunt,status ē. Et propterea intellectus noster qui recedit ab ultima seipsā per seipsam intelligente,non intelligit seipsum, nisi dum alia intelligit:tunc enim seipsum incipit intelligere quum alia incipit intelligere,ut docuit Aristo.iii.de anima. Et hæc differentia est, intellectus possibilis ab intellectu agente,qui,eo ꝙ actus purus est & nunq̄ in potentia,semper seipsum intelligit,& intelligēdo seipsum alia intelligit,quod est proprium substātiarum abstractarum a quibus eadem quoqꝫ ratione intellectus noster pura potentia,& nunq̄ sine potētia differēs est: ille enim primo intelligunt se q̄ alia,contra intellectus noster primo alia & postea se ad minus natura intelligit,& quia alia quæ primo ītelligit,materialia seu sensibilia sunt,quibus sua imperfectione proportionatur, Ideo hoc loco inquit Arist.fortasse autem cū difficultas duobus modis sit non in rebus, sed in nobis ipsis difficultatis est causa,non in rebus,inquit,tantūmodo difficultas est, sed,& in nobis:res enim difficiles sunt cognitu, quæ potentia admiscentur,materia enim quæ pura est potentia,per formā seu per actum aut in comparatione ad actum cognoscitur,ita namqꝫ ab actū cognitionis elongatur, ut non nisi analogia, aut negatione cognosci queat. contra uero substantias abstractas propter nimiam elongationem a potentia & maximam actualitatem non intelligimus,sed tantū eas attingimus per ea quæ intellectui nostro proportionata sunt,cum intellectus substan

tiis

nis abstractis informari non possit, ideo aut cóceptibus communibus ut ꝙ entia, ꝙ substantiæ, ꝙ actus &c. aut negatiue ut ꝙ imaterialia, ꝙ immobilia, ꝙ insensibilia aliaqꝫ huiusmodi, uel incomparatione per causalitatem efficiétem, aut finalé, ideo per similitudinem ad hæc nostra cognoscimus, & propterea cum de ipsis secundũ se propositiones formare non possimus per similitudinem ad hæc nostra, ut intelligimus, formamus, ut notauit Auerroes. 12. m. 39. Eas itaqꝫ non in seipsis sed in his sensibilibus exemplo subsequenti nos intelligere pulcherrime declarat dicens Aristoteles.

NAM ut uespertilionum oculi ad lucem diei, ita & animæ nostræ mens ad ea se se hét, quæ manifestissima sũt natura.

Ex hoc manifestatur de quibus intellexerit non in rebus, sed in nobis ipsis difficultatis causam esse. Si enim duobus modis difficultas est, uersabitur intellectus noster íter materialia, quæ iure proprio intelligi non possunt, & a materia abstracta, quæ iure suo maxime intelligibilia sunt, nobis autem propter maximæ actualitatis improportioné intelligibilia nõ sunt, Quá maximam intellectualitatem ad intellectum nostrum, ut lumé solis ad oculos uespertilionum comparauit: ut enim materiale lumen ab ipso sole immediate proueniens oculi uespertilionũ inspicere nequeunt, ita intellectus noster intellectuale lumé ab his quæ natura manifestissima sũt immediate proueniés nec ipsum, neqꝫ per ipsum potest intelligere, sed in effectibus splendens atqꝫ per ipsos effectus qui sunt res sensibiles ipsum & abstracta ipsa tanq̃ causas per effectus, & in ipsis effectibus, ut potest contemplatur, Et est quæstio, 36. textu tertii de anima ab Aristotele mota. Vtrũ. s. intellectus in magnitudine, hoc est, in corpore, possit aliqua abstractoꝝ intelligere, nõ enim dixit. Vtrum possit substantias abstractas intelligere, sed aliqua hoc est aliqua prædicata abstractorum, & aliquo modo possimus intelligere, quasi per se manifestum sit eas non posse nos intelligere. Sed an per effectus non attingétes ueram perfectionem causæ, & ab ipsa plurimum deficiétes in aliqualem causæ, aut causaꝝ cognitionem peruenire possimus. Et soluens. 9. m. t. c. 22. id quod tanq̃ manifestum in dubitatione reliquerat. s. non posse nos eas substantias abstractas intelligere, ꝙ simplices illæ substantiæ totaliter cõprehendantur aut prorsus ignorétur, ignorantiam nostram nõ esse cæcitatem dixit, si esset enim cæcitas,

intellectiuo omnino careremus. respectu ergo substantiarum abstractarum intellectiuum aliquo modo habemus, & eo modo, quo uisiuam potentiam habent uespertiliones ad uidendũ lumen solis non ab ipso immediate proueniẽs, sed a luna tanq̃ causatum lumen, & in effectu: nec propterea dicimus uespertiliones cæcos esse, ꝙ solis lumen non uideant: cæci enim dicerẽtur si omnino potentia uisiua carerent, ita ut nec in seipso, nec in effectu lumen solis possent inspicere: quia ergo & nos substãtias abstractas in effectibus, & per effectus cognoscimus, & per modum effectuum, hoc est, compositorum, ideo non omnino ignoramus eas, ita ut prorsus respectu eorꝝ cæci dicamur. Arguit ergo non impossibilitatem, sed difficultatem, ut ex textu satis constat, inquit enim, in nobis esse difficultatis causam, nõ impossibilitatis, ideo in hoc non est reprehendendus Com. nec etiam in ratione quam adducit. s. abstractas substantias esse ociosas, nisi intelligerẽtur a nobis, nã propria passio est uniuscuiusq; rei productæ ab intellectu, ut docet Comẽ. T. 2. epito. Metaphy. ut ab alio sit intelligibilis. Domus. n. quia producta est ab intellectu artificis, est etiam ab alio intelligibilis, q̃ ab ipso artifice. Intellectuales aũt substantiæ a primo oĩum intellectu productæ sunt, & propterea earum propria passio est, ut ab alio sint intelligibiles: secus enim frustrarentur illæ atq; ociosæ essent intelligibiles, si non ab alio intelligi possent, & si nõ intelligerentur ab humano intellectu non in prima copulatione intellectus agẽtis, sed in secunda copulatione atq; ipsius humani intellectus prosperitate, a nullo quoq; alio intelligi possent intellectu, propterea ꝙ si non possent intelligi ab intellectu humano informato intellectu agente, qui Deus est, ut hẽt. 38. xii. metaph. aut ab intellectu agente, qui sit substãtia quædam sublunaris. ut habet in epitomate metaph. in calce Trac. quarti quæ apta nata est intelligere substantias abstractas ex se, a nullo quoq; essent intelligibiles, & propterea rationes cõtra eũ nullæ sunt in uia sua. s. quia nõ essent ociosæ si nõ intelligerentur a nobis, cũ fines earũ nõ sint ut a nobis intelligantur, quia nõ hoc pacto eas ociosas intellexit, sed ꝙ frustra & ociosæ eẽnt intelligibiles, & earum propria passio aut nulla esset aut ociosa esset, ut solis uisibilitas ociosa esset si a nullo prorsus sol uideri posset. Altera uero ratio, uidelicet esto ꝙ ab intellectu humano non intelligerẽtur, intelligerẽtur tamen ab aliis intelligentiis, & ita non frustrarentur, nec ociosæ essent, nulla est, cõtra Auen

est enim ratio hæc sua contra Themistium.36.tertii de anima.
Dicebat enim The. Si intellectus materialis haberet potentiam ad distrahendum formas a materiis & intelligendum eas, quãto magis haberet potentiã intelligendi ea quæ per se denudata sunt a materia. Contra uero comẽ. inquit. Et iste sermo aut fiet ita ꝙ intellectus materialis est corruptibilis, aut nõ corruptibilis. s. separabilis aut nõ separabilis, secũdũ aũt opinionẽ dicẽtiũ ꝙ intellectus est uirtus in corpore & generatus, sermo nõ est probabilis: nõ. n. sequitur, ut illud quod ẽ uisibile in se sit magis uisibile apud nos, uerbi gratia color, & lumẽ solis. Color. n. minus habet de intentione uisibilitatis q̃ sol, cum color nõ sit uisibilis nisi per solem, sed non possumus aspicere solẽ sicut colorem. Et hoc accidit uisui propter mixtionem materiæ. Ecce argumentum quod fieri solet contra Cõmen. ipse facit contra Themi. soluit autem ipsum declarans sentẽtiam Themi. dicẽs. Si uero posuerimus ꝙ intellectus materialis non est admixtus materiæ, tunc ille sermo erit uerus. s. ꝙ illud quod est magis uisibile magis cõprehenditur, quoniã quod comprehẽdit minus perfectum ex eis cõprehendentibus, quæ non sunt admixta materiæ, necesse est ut comprehendat perfectius & non econtra, ideo proponit quæstionẽ de copulatione seu cõtinuatione intellectus agentis ut in eo constat, et uult nos cognoscere substãtias abstractas in postremo continuationis intellectus agẽtis nobiscum, non in primo. Et propterea non recte impugnatur eius breuis sententia huius loci, nisi impugnetur continuatio intellectus agentis nobiscum super qua continuatione eius consequentia hoc loco fundatur, nec eius consequẽtia deridenda est nisi continuatio illa derideatur. Et profecto purum atq; merum figmentum est, cum nullus eam continuationem & prosperitatẽ habuerit nec habere potuerit, si Aristo. nõ habuit, quem ipsemet talis continuationis fictor uoluit naturæ regulam esse, & exemplar quod natura inuenit ad demonstrandum ultimam perfectionem humanã. 3. de anima Co. 14. Natura autem, imo nec Deus ipse non potest ultra ultimam perfectionem, quam facere potest. Arist. autem non habuisse talem copulationem eo constat, ꝙ non habuit ultimã dispositionem ad intellectus agentis continuationem, quæ dispositio ẽ, postq̃ intellectus possibilis habuit omnia intellecta speculata, & postq̃ intellectus agentis erit euacuata oĩs operatio & acti-

ua potentia,& non habuerit aliquod intellectum speculatū in potentia ad actum reducere,quam dispositionem sententia ipsius met Aristotelis,& ipsius quoq; fictoris non habuisse manifestum est. Aristo.enim,ut uir atq; modestissimus philosophus xii.met. postq̄ numerauit substantias abstractas non secundū se,sed secundum numerationem corporum cœlestium nō propria sententia,sed Eudoxii & Calippi,sciens non demonstratione aliqua, sed probabili ratione corpora cœlestia enumerasse. 48.dixit.Causas & principia immobilia atq; insensibilia tot eē rationabile est.Necessariū fortioribus dimittatur dicere. Si ergo numerationem substātiarum abstractarum ex sensibilibus arguit,multo magis ex sensibilibus quiditatibus,insensibilium quiditates se cognoscere fatebitur,quin & propter hoc.7.met. 39.dum quæreret an essent aliæ substantiæ præter sensibilē dixit.Propter has enim sensibiles substantias tentamus diffinire, cognoscens se non posse illas secundum seipsas intueri,sed tantummodo in ipsis sensibilibus,quas etiam non potuit perfecte cognoscere,cū dixerit de corporibus cœlestibus quid non sint, nō autem quid sint,dixit enim ea,neq; grauia,neq; leuia esse primo cœli & mundi.Tex.co.21.ut tandem fatetur ipse cōtinuationis figmenti fabricator,quasi reuocans Chymeras oēs de intellectu humano,quas alibi dixerat in calce ultimi dubii ultimæ disputationis contra Algazelem,inquit enim.Et concedēdum est secundum ueritatem q̄ intellectus humanus ualde deficit in ratione,& in causis rerum naturalium,& maxime in supernis & sublimibus corporibus,quorū quantitates nescimus, & esse earum substātiarum totaliter ignoramus, & dicimus q̄ corpus cœleste non est graue neq; leue, sicut habetur ab Arist. primo cœli & mundi,& a cōmentatoribus uerborum Aristo. Si itaq; concedendum est secūdum ueritatem nos & Arist.hoc nostro humano intellectu corporum cœlestium quantitates, & eorum quiditates totaliter ignorare,quid est q̄ Chymericis figmentis abstractas illas substantias nos posse intelligere contendimus,si totaliter sensibilia aliqua quæ sunt intellecta speculata in potentia secundum ueritatem ignoramus,secundum ueritatem indispositos nos & Aristotelem ad continuationem intellectus agentis esse atq; fuisse necessario fatebimur. Indiuiduum ergo illud Aristotelicum miraculosum atq; extraneum in quo fuit ea dispositio ut dignum eēt diuinum fateri potius q̄ humanum,ut in procemio physicorum dicit ipsemet Auer-

roes, non peruenisse ad copulationem illam, dicere eius sententia cogimur. Purum ergo figmentum esse intellectum possibilem separatum, & materiæ non admixtum dicamus, si enim sic tantũ copulatio haberi põt, & nunc ostendimus copulationem talem in nullo dari posse, erit altera pars uera, quã primo posuit cõtra Themistiũ, uidelicet, intellectum materialem esse uirtutẽ in corpore & generatũ, sic enim non potest intelligere quod est maxime intelligibile, & negabat consequentiam Themistij si potest .s. materialia separare & intelligere, magis potest separata secundum se & primo a materia. Dicebat sermonẽ nõ esse probabilem si intellectus materialis uirtus in corpore sit & generatus, & argumentabatur a uisibili, quod est in se uisibile non est propter hoc magis uisibile a nobis, sed est a nobis magis uisibilis color qui est ĩ se minus uisibilis, & hoc accidit propter admixtionem materiæ. Cum ergo nos secundum ueritatẽ ignoramus quiditates sensibiliũ, secundũ ueritatẽ quoq; ignoramus substantias abstractas secundum se, & accidit propter admixtionem intellectus cum materia. Et hæc est uera sententia Aristo. dicentis intellectum hunc nihil sine sensu & phãtasia percipere posse, & propterea dubitat an intellectus phantasia sit, an non sit phantasia, affirmat tamen non esse sine phantasia, & non esse phantasiam rationabile hoc est probabile esse dicit, & propterea immixtum ꝙ instrumento non corpore careat, hominis nãq; est habentis corpus et sensus, sed eo tantum sensui & phantasiæ præstat ꝙ instrumento careat, in magnitudine itaq; existens præter magnitudinem nihil per se intuetur, & in rationibus rerum naturalium deficiens deficienter atq; imperfecte deum & intelligentias cognoscit, et quæ licet quantum licet, & quomodo licet, Aristotelem purum philosophum hoĩes felices cõtẽplari uoluit, eaq; optima uita quã docuit. 12. metaph. felicitati homines, nec amplius secundum ueritatem & absq; chymericis fictionibus cõcedendum est Aristotelem & dixisse & cognouisse, ita enim testatum de felicitate reliquit. Vita qualis optima paruo tempore nobis. Sed ad rẽ nostram redeamus. Sequitur in Tex. dicens.

NON solum autem his quorum quispiam opiniones acceptabit atq; utetur, sed etiam his qui ueritatem non penitus attigerunt gratias habere oportet. Et hi namq; & aliquid contulerunt, habitum enim nostrum excitauerunt,

& acuerunt. Nam ſi Thimotheus non fuiſſet, non tantam arté canendi haberemus. Et ſi Phrynis non anteceſſiſſet nõ talis Timotheus euaſiſſet. Eodem modo res ſe ſe habet & de his qui de ueritate dixerũt. A quibuſdam enim opiniones quaſdam ſuſcepimus at quædam ut illi talia ſentiant cauſa ſane fuerunt.

A boni & ueri philoſophi officio non diſcedens Ariſtotelis non modo excuſare uoluit eos, quorum opiniones minus recte dictas pro ueritate ſtans confutauerat, ſed & his qui non recte dixerunt, ne dum illis quorum uir philoſophus & dignus ſentẽtias approbauerit, habendas eſſe gratias docet, quod ẽt rationabiliter probat, Nam hi id cõmodi nobis cõtulerũt, ut habitum. i. facultatem intellectus noſtri ad inueſtigandam ueritatem excitauerint. Docetq; ex hoc antiquorum opiniones, & falſas quidem, non eſſe reiiciendas, ſed potius examinãdas atq; exacte excutiendas, ut ſi quid recti ac ueri dixiſſent illud amplecteremur, ſin minus ad rectius dicendum excitaremur, id quod de eorum opinionibus dicit quos in priori primo phyſicorũ libro adduxerat. Verum cum eorumdem in primo metaph. opiniones adduxiſſet, argumentum ſummit Michael hunc librum recte poſt primum metaph. proxime collocari, inquit enim cũ in ſuperiore libro ueterum ſententias de primis principiis commemoraſſet. & eas nonnullis rationibus oppugnaſſet, hoc in libro negat, ſi cõtra quorumpiam opiniones fuerit diſputatum protinus illos eſſe reiiciẽdos, quaſi nihil ad ueritatẽ cõtulerint, quin, & his habere gratias par eſſe, qui aliqua non ſatis prudenter diſſeruiſſent. Nam & ab his eſſe adiutos ut qui habitum noſtrum præparauerint. Quibus uerbis a ſententia deiectũ Alexã. illum cognoſcimus, nam cum dixerit librum hunc eſſe procemium ad omnem doctrinam ſpeculatricem, nũc tam leui ratione turbatus ipſum proximum libro priori affirmat, quaſi uelit librum quem græci ſecundum dicunt & latini tertiũ non eſſe primo proximum: ex quo ſequitur hũc librum non eſſe cõmune procemiũ, ſed metaph. propriũ, & hoc loco iure proprio locari, ad quod dicendum coactus non fuiſſet, ſi non cõmune, nec huic doctrinæ peculiare procemium hoc eſſe, ſed ſecundi procemium phyſicorũ, & proximũ primo phyſicorũ in quo antiquorum ſentẽtias exactius q̃ in primo metaph. oppugnauit, animaduertiſſet. Quapropter non ex hoc loco ſumenda ratio

est q iure aut iniuria hoc loco ireriectus sit liber iste,sed ex cal ce ad qué totus huius libri,seu propositæ dignitatis sermo declaratiuus ordinatur,ideo illucusq; præter ea quæ diximus,deferatur.Habendas deinde gratias his qui minus recte dixissent, exéplo Timothei probat,qui talis euasit in musica,propterea q ipsum antecessit Phrynis,licet indoctior, omnis enim ars practica & speculatiua per posterius inuenta augetur, facile enim ut dicitur est inuentis addere, nec secus in ipsa ueritatis inquisitione contingit,atq; naturali philosophia quæ prius inuenta aucta est.De qua prosequitur dicens.

RECTE autem habet se se & illud,scientiam inquam philosophiæ,ueritatis appellari contemplationem,nam finis quidem contemplatiuæ ueritas est, actiuæ uero opus,et enim si quo modo res se se habet actores ipsi considerant, non tamē eius causam per se,nec ut perpetuo talis est,sed ut ad aliquid,atq; ut nunc contemplatur.

Postq̄ ostendit partim facilé,partimq; difficilem esse ueritatis cōtemplationem quod ad acquisitionem ipsius attinet,hac particula qualis sit contemplatio ueritatis declarat, ut modū acquirendæ contemplationis talis in uniuersum, & ex hoc priuatum naturalis philosophiæ modum demum ostédat.Est.n. ueritatis contéplatio speculatiua,propter quod inquit, Recte contemplationem ueritatis scientiam philosophiæ nuncupari,quod a fine probat.Igitur hoc loco nomen philosophiæ nō ad moralem extendit,sed philosophiæ tantum cōmuni nomine naturalem & primam philosophiam appellat. Veritatis tamen contemplatio his non solum competit,sed & mathematicæ disciplinæ.Igitur aut mathematica disciplina philosophiæ nomine dicetur, ut ex æquo se habeant ueritatis cōtemplatio, & philosophia,aut in plus erit ueritatis contemplatio,q̄ philosophiæ nomen,quod textui non obstat dicenti philosophiam ueritatis cōtemplationem appellari, quod probat quasi cōmune de particulari per rationem finalem, cōmunis enim finis cōtéplationis est ueritas,a fine enim intrinseco,qui forma est unicuiq; rei,unumquodq; uocatur, per quod enim unumquodq; habet esse,a quocunq; non ipso distinguitur, ideo ab ipso merito nuncupatur.Distinguitur autem contemplatio a practica, fine,quoniam illius ueritas,huius uero opus,finis est.6. autem metaph.in principio scientiam triphariam diuisit, in actiuam

factiuam & speculatiuam, adeo scientiæ nomen ampliauit, & philosophiam sub contemplatione posuit, quam similiter tri phariam diuisit in mathematicam.s.naturalem & diuinam, & naturalem motu, cuius principiũ, natura est, a mathematica, & diuina seiunxit: hoc autem loco naturalem & diuinam tãtum cõmuni philosophiæ nomine uidetur nuncupasse. Quæ itaq; hoc loco dicuntur communia sunt naturali & primæ philoso phiæ, nondũ enim distinxit, ideo non potest ex hoc loco argui, naturale sit an metaph. hoc procemium. Vtranq; uero philoso phiam fine distinguit a practica, hac ratione speculatiuæ disci plinæ finis est ueritas. Disciplina quæq; a fine propositoq; nun cupatur, igitur philosophia speculatrix a ueritate dicetur. Ea dem ratione & practicæ ab actione quæ finis earum est, practi cæ dicuntur, hæ autem a fine eoq; intrinseco appellantur, quia aptæ natæ sunt facere habentem, operantem, & opus quod in eis consideratur, quatenus fieri põt ab habente cõsideratur, nec eius operatio est, sed habentis huius uel illius, opus.n. finis est scientiæ in uniuersali non hoc uel illud, hoc nõ uel illud opus huius uel illius scientiæ est, aut habentis: eapropter si hic uel il le habens nõ operetur, aut non operari intendat: practica ta men est, quia per ipsum habens aptum natũq; est operari, & re cte operari etiam si non operetur, ut homo risibilis quidem est nõ actu, sed aptitudine ridendi, esto q aliquod indiuiduũ nun quã rideret, ut de Catone dicitur semel tantum in omni eius ui ta risisse. ab opera igitur practica etiam per intelligentiam nõ absoluitur, quoniam est de essentia ipsius, quia finis forma est, ac differentia essentialis qua inesse essentiali constituitur, sicut & ueritas cõteplatricis doctrinæ: non enim habet, ut operetur habens, cũ fieri non possit, aut eo modo quo fieri nõ potest cõ sideretur, sed ut tantum cõtempletur ueritas habetur, etiam si actu non contempletur, sed de his. 6. metaph. Et quia practicus aliquo modo ueritatem considerat, ideo inquit. Etenim si quo modo res sese habet, considerant, hoc est, si practici considerant quo modo res se habeat, quod est ipsius esse & ueritatis cõside ratio. medicus enim considerat quo pacto se habeat ægrotus, & patet ex artis diffinitione. Est enim ars habitus cũ recta rõne factiuus, quomodo autem sanare ægrotum poterit medicus ni si sciuerit quo pacto se habeat, quæ, eius ægritudo sit? sed ea inquirit, ut recte & cum ratiõe operetur. Et hoc est quod dicit, non tamen eius causam per se nec ut perpetuo talis, itá transtu lit Argyropolus

it Argyropolus & ita legit Michael Latinus autem textus non habet nisi(non tamen secundum se)& ita habet Tex. Graecus quem habemus,& licet Michael declaret id dictum esse ꝙ actiui ueritatem quam habent circa subiecta considerent,non tamen ueritatẽ aliquã de re sempiterna considerant,quia ueritas & maxime ueritas est in his quae sempiterna sunt,uidetur tamẽ utriusq; considerationem habens quattuor terminis oppositis utrunq; explicet speculatiuum.s.& practicũ causam secũdũ se & ut perpetuam considerare speculatiui est,causam uero non secundum se,nec ut perpetuam,sed ut ad aliquid & ut nũc, practiti est, Haec autẽ duo ad aliquid & nunc,opponuntur uli & perpetuo. Practici enim in rebus agendis actu uel aptitudine uersantur,non enim in ueritate consistunt, sed referunt cognitionẽ ueritatis ad ea in quibus opus fit,talia autẽ neq; semper sunt nec ulia sunt,sed potius corruptibilia sunt atq; indiuidua ĩ quibus ueritas nõ semper ẽ,sed aliquãdo Socrates.n.quãdoq; sanus est aeger quanodq;,& hoꝝ est actio,& in his fit actio,non enim homo sanatur,sed Socrates,quia non aegrotat homo, sed Socrates,referunt ergo practici quam habent ueritatem ad aliquid & ad nũc,hoc ẽ ad singulare quod opponitur uli & causae per se,& ad nunc quod opponitur perpetuo.opposito ergo modo speculatiui se haben tes cãm secundum se, & ut perpetuo considerant,causa autem secundum se ulis est,propter quod opponitur ad aliquid.s.particulare, & ut perpetuo , opponitur ei quod est ut nunc,& ideo recte dixit ut,perpetuo,quia ulia perpetua sunt licet ratione & successione,sic.n.ulia dicuntur,& ita speculatiui ueritas finis est quae perpetua est,practici,uero opus quod perpetuum non est,non.n.fieret si perpetuum esset , & talis lectio doctior est,atq; exactior , At si legamus ut. T. latinus habet erit simplicior lectio.s.si quo modo se habẽt intendunt, non tamen secundũ se ,sed ad aliquid & nunc,sensus est,conueniunt quidem practici & speculatiui in ueritate considerãda, differunt tamen quia speculatiui per se ueritatem intendunt, practiti nõ itẽ,illi iuere & proprie causas quibus res simpliciter habent esse, practici uero non ut simpliciter res sit,sed ut tale esse,quod suo opere fieri põt,habeat. Lapidis ergo causam speculatiuus considerat per quam habet esse simpliciter quod cõmune est oĩbus lapidibus & semper,practicus uero ipsum considerat quatenus per ipsum aliquid agendum nũc est . Haec autẽ quae dicta sunt ad M. taph.non referenda sunt,propterea ꝙ ip-

D

sa supremam ueritatem quæ semper eodem modo se habet, con
siderat. Q d autē addit Asclepius Arist. dicēs secundum se usus
ē dictione Platonica qua ideæ explicantur, aut ꝙ causæ per
se sunt ueræ in se, & causæ ueritatis in aliis æquiuoce seu analo
gice, minus ad rem attinere uidetur, sed intellexit cōmune quo-
dā speculatiuis sciētiis, & utriq; philosophyæ, pro ut a practitis
distinguntur. Et causam adduxit qua cognoscimus ueritatis
contēplationem iure sciētiā & philosophiā nuncupari, quibus
nominibus utraq; naturalis. s. & Metaph. gaudet, practica uero
non, & licet practicus causas habeat, ac definitiones, sciens ta-
men, nec eius cognitio speculatiua scientia nuncupari merē-
tur, quia causas non habet & definitiones ut sciat, sed ut sciens
operetur, & si easdem causas consideret practicus & specula-
tiuus, hoc tamē differunt, quia ubi definit speculatiuus ibi pra
cticus incipit. V. G. per causam speculatiuus concludit ferrum
durum esse, demostrans. s. per causam & propriam definitionē
duritiē ferro inesse, ab hac uero cōclusa duritie practicus inci
pit, concludit enim ipse ferrum aptum esse ad serram conficiē
dā, at si nesciuerit duriciei causam non erit practicus sciēs, sed
expertus, ut ex his quæ in proœmio Metap. dicta sunt, cōstat,
& hoc differt practicus ab experto, quia expertus habet quia
tantum, practicus uero propter quid, practicus autem a spe
culatiuo differt, quia speculatiuus sistit in propter quid,
practicus uero ibi nō sistit, sed eo utitur, & refert ad aliquid in
quo, aut quo aliquid operatur, ideo & operatiua scientia ratio
cinatione utitur & causas speculatur, sed quia non perscruta-
tur causas rerum ut sciat, sed ut operetur non, est digna ut spe-
culatiua dicatur, nam quod discedit ab eo quod simpliciter &
absolute speculatiuum est, speculatiuum dici non pōt, medium
ergo est id a quo practicus incipit, a quo medio si sursum pro-
gressio fiat, ad simpliciter speculatiuū progreditur, si deorsum
ad id, quod nulla ratione speculatiuū est, fiet accessus, cum ad
sensitiuum & singulare & corruptibile accedatur per se uel
per accidens, simpliciter uel secundū quid. Q uod dico propter
corpora cælestia, quæ licet non subiciātur operi, ut fiant ope
re practici, eis tamen utuntur practici ad opus suum, ut medi-
ci plenilunia in dandis potionibus obseruant, & nauigantes
astrorum motibus obseruatis nauigant, & ueri Alchimistæ,
ideo naturalis philosophya media est, inter purū speculatiuū
qđ ē Metaph. & practicum V. G. medicinam, nō ꝙ philosophia

naturalis partim speculatiua sit & partim practica, sed quia si quis recesserit ab ipsa sursum ad ea accedit, quæ nec practica seu opere fieri possunt, nec ipsis practicus utitur, si uero deorsum, ad ea accedet quibus utitur practicus, qui quatenus talis iu singularibus uersatur, quoꝶ nõ ẽ speculatio nec intellectus sed sensus, non.n. considerat naturalis philosophus hãc eclypsim, hoc plenilunium, aut hanc lunæ reuolutioné, aut in crastinum futuram, quæ omnia a practicis obseruantur, sed in uli, ideo illoꝶ cognitiones speculatiuæ nõ dicuntur nec scientiæ quia scientiæ uersantur in ulibus pertinentibus ad intellectum, Declarata itaq; contemplationis ueritatis qualitate sequitur dicens.

Nescimus autem uerum sine causa.

MODVM cõmuné acquirendæ ueritatis hac particula explicat, túc enim arbitramur cognoscere, cum causas cognoscimus, continuant autem latini & cõmen. eodem fere modo & eadem snía, quod.s. hic liber sit Metaph. S. T. tamen uidetur tangere antecedens. Commen. consequens. inquit.n. S. T. intendit hic ostendere cognitionem ueritatis maxime pertinere ad philosophyam primam per quod necessario cõcluditur ordo huius scientiæ ad alias omnes speculatiuas, si.n. philosophya é ueritatis contemplatio, & philosophyæ plures partes sunt, ea principem locum habebit, quæ maximam ueritatem contéplatur, & hoc é ꝙ Cõmen. cõtinuat húc Tex. præcedenti dicens. Arist. uelle ostendere ordinem huius scientiæ ad cæteras sciẽtias, sed cum in Tex. neq; unum. neq; alterum habeatur, mihi, uenia eorum dixerim, aliam esse Arist. intentionem uidetur, per quam facile continuatur T. iste cum superioribus. Nã cum Aristot. excusandi causa antiquos declarauerit quo pacto se héat intellectus noster ad ueritatem, quæ partim facilis partim q; difficilis est, & cũ intellectus medius sit inter substantias abstractas & prorsus materiales, si ad abstracta uergat se, ad ea se habet ut uespertilionis uisus ad lumen solis, & sic cum difficultate ea cognoscit, & erroribus immixtus est, cum non in se, ea, sed in suis effectibus cognoscat, si uero ad materialia & sensibilia se se cõferat, illa ex natura sua, cum ex se minus propter materiã sint cognoscibilia, difficultatem afferunt, iõ non est mirum antiquos i philosophya errasse circa pricipia. Quæ philosophya, ꝙ circa ueritatem uersetur, merito speculatiua dicitur. Quibus

sa supremam ueritatem quæ semper eodem modo se habet, con siderat. Q đ auté addit Asclepius Arist. dicés secundum se usus é dictione Platonica qua ideæ explicantur, aut ꝙ causæ per se sunt ueræ in se, & causæ ueritatis in aliis æquiuoce seu analo gice, minus ad rem attinere uidetur, sed intellexit cõmune quo dã speculatiuis sciētiis, & utriq; philosophyæ, pro ut a practitis distinguntur. Et causam adduxit qua cognoscimus ueritacis contēplationem iure sciētiã & philosophiã nuncupari, quibus nominibus utraq; naturalis. s. & Metaph. gaudet, practica uero non, & licet practicus causas habeat, ac definitiones, sciens tamen, nec eius cognitio speculatiua scientia nuncupari mere tur, quia causas non habet & definitiones ut sciat, sed ut sciens operetur, & si easdem causas consideret practicus & speculatiuus, hoc tamé differunt, quia ubi definit speculatiuus ibi practicus incipit. V. C. per causam speculatiuus concludit ferrum durum esse, demostrans. s. per causam & propriam definitioné duritié ferro inesse, ab hac uero cõclusa duritie practicus incipit, concludit enim ipse ferrum aptum esse ad serram conficiēdã, at si nesciuerit duriciei causam non erit practicus sciés, sed expertus, ut ex his quæ in proœmio Metap. dicta sunt, cõstat, & hoc difert practicus ab experto, quia expertus habet quia tantum, practicus uero propter quid, practicus autem a speculatiuo differt, quia speculatiuus sistit in propter quid, practicus uero ibi nõ sistit, sed eo utitur, & refert ad aliquid in quo, aut quo aliquid operatur, ideo & opetatiua scientia ratiocinatione utitur & causas speculatur, sed quia non perscrutatur causas rerum ut sciat, sed ut operetur non, est digna ut speculatiua dicatur, nam quod discedit ab eo quod simpliciter & absolute speculatiuum est, speculatiuum dici non põt, medium ergo est id a quo practicus incipit, a quo medio si sursum progressio fiat, ad simpliciter speculatiuũ progreditur, si deorsum ad id, quod nulla ratione speculatiuũ est, fiet accessus, cum ad sensitiuum & singulare & corruptibile accedatur per se uel per accidens, simpliciter uel secundũ quid. Quod dico propter corpora cælestia, quæ licet non subiciãtur operi, ut fiant ope re practici, eis tamen utuntur practici ad opus suum, ut medici plenilunia in dandis potionibus obseruant, & nauigantes astrorum motibus obseruatis nauigant, & ueri Alchimistæ, ideo naturalis philosophya media est, inter purũ speculatiuũ qđ é Metaph. & practicum V. C. medicinam, nõ ꝙ philosophia

naturalis partim speculatiua sit & partim practica, sed quia si quis recesserit ab ipsa sursum ad ea accedit, quæ nec practica seu opere fieri possunt, nec ipsis practicus utitur, si uero deorsum, ad ea accedet quibus utitur practicus, qui quatenus talis in singularibus uersatur, quorum nō ē speculatio nec intellectus sed sensus, non.n. considerat naturalis philosophus hāc eclypsim, hoc plenilunium, aut hanc lunæ reuolutionē, aut in crastinum futuram, quæ omnia a practicis obseruantur, sed in uni, ideo illorum cognitiones speculatiuæ nō dicuntur nec scientiæ quia scientiæ uersantur in uibus pertinentibus ad intellectum, Declarata itaque contemplationis ueritatis qualitate sequitur dicens.

Nescimus autem uerum sine causa.

MODVM cōmunē acquirendæ ueritatis hac particula explicat, tūc enim arbitramur cognoscere, cum causas cognoscimus, continuant autem latini & cōmen. eodem fere modo & eadem snīa, quod.s. hic liber sit Metaph. S.T. tamen uidetur tangere antecedens. Commen. consequens. inquit.n. S.T. intendit hic ostendere cognitionem ueritatis maxime pertinere ad philosophyam primam per quod necessario cōcluditur ordo huius scientiæ ad alias omnes speculatiuas, si.n. philosophya ē ueritatis contemplatio, & philosophyæ plures partes sunt, ea principem locum habebit, quæ maximam ueritatem contēplatur, & hoc ē quod Cōmen. cōtinuat hūc Tex. præcedenti dicens. Arist. uelle ostendere ordinem huius scientiæ ad cæteras sciētias, sed cum in Tex. neque unum. neque alterum habeatur, mihi, uenia eorum dixerim, aliam esse Arist. intentionem uidetur, per quam facile continuatur T. iste cum superioribus. Nā cum Aristot. excusandi causa antiquos declarauerit quo pacto se hēat intellectus noster ad ueritatem, quæ partim facilis partimque difficilis est, & cū intellectus medius sit inter substantias abstractas & prorsus materiales, si ad abstracta uergat se, ad ea se habet ut uespertilionis uisus ad lumen solis, & sic cum difficultate ea cognoscit, & erroribus immixtus est, cum non in se, ea, sed in suis effectibus cognoscat, si uero ad materialia & sensibilia sese cōferat, illa ex natura sua, cum ex se minus propter materiā sint cognoscibilia, difficultatem afferunt, iō non est mirum antiquos ī philosophya errasse circa pricipia. Quæ philosophya, quod circa ueritatem uersetur, merito speculatiua dicitur. Quibus

explicatis hoc loco,ut diximus,intendit tradere modum perci piendæ ueritatis,& totus hic liber ab hoc Textu circa hoc usq; ad ultimum Textum uersari uidetur,& tria facit primo explicat modum percipiendæ ueritatis in communi simpliciter,deinde transiens ad ea,quæ non semper uera sunt,impedimēta ueritatis percipiendæ, ut quatenus fieri pōt,remoueantur, adducit,tertio modū proprium sciētiæ naturalis,& circa quæ uersetur naturalis philosophya proœmium istud concludēs proponit,& hæc ē totius sermonis huius principalis intentio,simplex autem modus ueritatis percipiendæ scientifice ē, qui traditus ē lib. pri.Post.ubi dicitur.Scire ē rem per causam cognoscere,& hoc est quod hoc loco repetit dicens,Nescimus uerum sine causa,modus igitur percipiendæ ueritatis est,eam per causam cognoscere.At quia & ipsa causa per quam uerum cognoscitur necessario uera ē,iure dubitare quis posset,an causa quoque ipsa per aliam causam cognoscatur, si hoc dicatur erit processus in infinitum in causis,si non causa ignorabitur & ē dubitatio pri.Post.tacta,sed primo Post.loquitur de principiis complexis,hic uero de principiis incomplexis, eodem tamen modo soluit,ibi enim dicit principia non sciri, sed perfectiori modo cognosci, cum ipsa causa sit sciendi alia, quia propter quod unūquodq; tale & illud magis,hic uero dicit causas neco℞ maxime ueras eē,eo q; illæ causæ sunt ut alia sint,nec causas habeāt quibus sint, sed illæ cum seipsis sint entia maxime sunt & maxime uera,quia propter quod unumquodq; tale & illud magis,ut Primo Post.dicitur,hac itaq; parte modum percipiendæ ueritatis communem proponit dicens Nescimus uerum nisi per causam,hoc est co℞ quæ causam habent, Et si proprie Nescimus, sumpsisset, quoniam scientia proprie dicitur eorum quæ causas habent,ideo ea proprie nescimus quæ cum causas habeant corū causas ignoramus,prior dubitatio locū non haberet,deinde ergo dicit.

Vnumquodq; autē maxime cæterorum est ipsum,quo & cæteris nomen idem cum eadem competit ratione ut ignis est calidissimus nā cæteris hic caliditatis causa est. Quare & id ē uerissimū,qđ ē posterioribus,ut uera sint, cā.

SOLVIT hac particula tacitam præfatam obiectionem, in genere uerorum unum est quod ita causa aliis est ut sint,ut ipsum per se & ex se esse habeat,& in singulari loquitur eo q;

unum tantum est pricipiū reꝝ oīum, a quo reliqua oīa sensibilia & insensibilia pendent in esse, & in ueritate, & propositio in qua fundatur est eadem cum ea quæ primo Post. t.c. 5. ponitur, licet sub aliis uerbis, & habet T. latinus unumquodq; maxime ipsum aliorum dicitur secundum q & in aliis est uniuocatio. Vulgata satis ꝑpositio & minus intellecta, & multi multas glosas afferūt, & fortassis error processit, q dicitur hic secū dum q in aliis est uniuocatio, & Argyropolus loco ipsius uniuocationis diffinitionem posuit. B. T. quattuor modis exponit & diuersimode in diuersis locis pro ut materia adducta exigebat. Caietanus cardinalis Reuerendiss. quatuor illos modos in unum collegit hoc est ut fiat reflexio per aduerbium causale V.G. manus est calida propter ignem uera est propositio, & ad quam sequitur ignem magis calidum esse, & ueritas ita manifestatur manus ē calida, ignis ē calidus, & manus ē calida quia ignis ē calidus, ignis igitur magis calidus ē, hoc pacto uidetur omnes instantiæ secludi ut patet, inquit, discurrenti, unde Socrates nō est homo propter Platonem qui est pater ipsius, quia Socrates non homo quidem est, quia Plato est homo. Sed in ueritate non est intellecta propositio, quæ tamen adeo nota est ut ipsa seipsam acuset, & glosa illa destruit propositionem manifestam: Nam cum illud, propter, causam significet, & non causam finalem tantummodo, sed omnē uel potissime efficientem, ut patet per exēplum ignis, & in proposito de causis ueritatis, & primo Post. de causis cōclusionis, si uult Cardinalis fieri reflexionem cum aduerbio causali, identitas causæ seruanda est, & non uariari debet, & sic glosa falsa est. Nam si uera est hæc propositio, Socrates est homo propter Platonem, certum est ipsam ueram esse in genere causæ efficientis, & non in genere causæ formalis, & in genere causæ efficientis erit uera reflexio, ideo enim Socrates est homo, quia Plato pater est hō, hō. n. hominē generat, nisi enim Plato esset homo Socrates homo nequaquā esset, & si uelit falsam esse propter actualem existentiam Socratis & non actualem existentiā Platonis quia illud, est, explicatur in secunda ꝑpositione non in prima, tantum uera esset propositio in causis essendi & conseruandi, & in igne falsificaretur, nā manus est calida etiam igne, quo calefacta fuit, extincto, quoniam manus calida est per formam & calorem inherentē, id qđ non est in luce solis, ut est in aere, & sicut in genere causæ formalis ista reflexio est falsa, Socrates ē hō, quia Plato est homo, ita

& ista ẽ falsa, Socrates ẽ homo propter Platonem, & iõ omnes patiuntur angustiam, nec habent glosam uerificantem propositionem, quia tenent eam uerificari in uniuocis, cum tamen fit impossibile quod ex ipsamet propositione manifestatur. Nam si illud, propter quod ẽ magis est, necesse ẽ ut uerificetur in analogis & non in uniuocis, cum uniuoca dicatur, quæ æqualiter eãdem rationem participant, ita.n. est homo, Socrates filius, ut Plato pater, tenet igitur in analogis, quibus aliqđ unum nomen cõmune ẽ causæ & causato, & secundum illud nomen similiter eadem ẽ, non æqualiter tamen, & sic semper ea propositione usus ẽ Arist. hoc ẽ in noĩbus analogis, causæ & causatis competentibus, in primo Post. uerificauit de scientia analogice sumpta, sic enim dicitur de principiis & conclusione & non ut uniuoce sumitur ut patet, hoc loco similiter, manifestũ.n. ẽ uerũ & ens analogice dici de causis præserti abstractis & causatis, nec obstat, ꝙ uniuocationis mentionem fecerit quia analoga cũ media sint inter uniuocationem & æquiuocationem, quandoq; uniuoca dicuntur & quandoq; æquiuoca habet.n. analogum nomen unum & ratioẽ unã in quo cõuenit cum uniuocis, differt tamen ab uniuocis, quia ratio analogi ẽ aliquo modo eadẽ & aliquo modo diuersa, & ẽ inæqualiter habita, in causa.n.ẽ per se, in causato autẽ participata, & ratione huius diuersitatis cõuenit cum æquiuocis, quod aïaduertens Asclepius in scholiis suis recte notauit dicens Secundũ ꝙ aliis inest uniuocatio, hoc est æquiuocum ut ab uno & ad unum, quod ẽ apud latinos analogum esse usurpantes nomen analogum pro nomine ab uno & ad unum. Arist. tamen & græci fere omnes nõ utuntur nomine analogiæ nisi in quattuor terminis, & differẽter a nomine ab uno & ad unum, & differt etiam apud Aristotelem nomen ab uno & ad unum a nomine ad unum, nunquam enim ẽ ab uno quin sit ad unum, ad unum tamen non semper ab uno ẽ ꝓprie, quæ namq; ab uno sunt tanquam a ꝓprie & uere cã formaliter & ipsa talia dicuntur, ut accidẽtia in nomine entitatis, & hoc loco quæ uera atq; entia dicũtur a prima cã omniũ dicũtur, Quæ uero cãm entitatis uere & ꝓprie non habent neq; entia uere & proprie sunt, dicuntur tamen entia, quia ad unum sunt uel dicuntur potius ut negationes & entia rationis, & propterea fomaliter entia nõ sunt, & hoc ẽ ꝙ Ari. ut ab amplitudine entis quarto meta. negationes & priuationes non formaliter entia, nõ secluderet, ens di

sit nomē æquiuocū, sed ad unum, sic.n. negationes nomen entis amplectitur, accidentia uero non modo ut ad unum, sed & ab uno & ad unum, substātia enim causa realis ē accidētiū ut i quarto Me. notauimus, & in tractatu de analogia nominū Nec similiter obstat declarationi nostræ exemplum Aristotelis de caliditate ignis, quod exemplum fortassis fuit erroris cōfirmatio, caliditas.n. de igne & cæteris calidis analogice dicitur & nō uniuoce, ut recte testatur Aueroes in lib.d.d.d.5.d. tertio ubi dicit. Ens dicitur analogice de primis entibus & de aliis ut caliditas de igne & cæteris calidis, & est declaratio huius loci, ad declarandam enim analogiam entis & ueritatis sumpsit Aueroes & Arist. caliditatem ignis, quæ dicitur analogice de igne & cæteris calidis, uel quia forma substantialis ignis sit ut uoluit Alexan. & fortassis Arist. uel quia est passio siue accidens essentiale, nec alia ab igne possunt habere ignis caliditatē nisi nomen & rationem amittant, eandem habet declarationē 8 M. Cōmē. cōmēt. 7. in quo uult hoc nomē aīal magis dici de forma q̄ de composito, quia de composito dicitur per formā inquit.n. hoc nomē aīal dicitur de cōposito & de forma, & nō dicitur, sicut dicuntur noīa uniuoca quorum definitio est eadem, sed dicitur principaliter & secundario. s. sicut attribuitur eidē & quædam in illo sunt priora quibusdam, Et sic tollitur omnis ambiguitas ita ut remaneat hæc propositio, propter q̄ unumquodq; tale & illud magis dignitas, & non simpliciter propositio, & adeo manifesta ut probatione nō indigeat. Et mirum est uiros celebratissimos in tam aperta ueritate errasse cum propositio, ut diximus se ipsam manifestet, cū nulla causa uniuoca magis suo effectu dicatur, propter quod ut propositionem falso intellectu uerificent sexcentis utuntur glosis, quæ eo quo plures sunt, minus ueræ sunt, minusq; ualēt Deinde sequitur dicens.

Quapropter eorū principia, quæ sunt semper, uerissima sint, semper, necesse est.

CVM de primis simpliciter principiis Metaph. consideret, & maxime de primo omnium principiorū principio; quod deus est, de quo prius dixerat id esse uerissimum quod est posterioribus ut uera sint causa, ab illo uno uerissimo ad cætera principia trāsitū facit, ut pedetentim ad naturalia seu trāsmutabilia descendat, quum hæc in hoc proœmio tanquam de quibus

est tractaturus, propositurus sit, illud ergo quod est aliis omnibus, ut sint, uera causa relinquens, ad ea quæ causa sunt proxima eorum quæ non semper uera sunt accedens concludēdo dicit, eadem inixus ratione quapropter principia eorū quæ suut semper, semper uerissima esse necesse est. falsum utique est plura uerissima esse, sed unum tantum, ut prius dixerat, sed huius rei rationem non habuit, tractaturus, & propositurus ea, quæ non semper uera sunt, nam transmutabilia omnia necesse est in ueritate uariari, in tranmutabilia uero semper eodem modo se habent, & licet corpora cælestia ꝙ ad esse substantiale semper eodem modo se habeant, in situ tamē, ad minus secūdū partes ueritatem non eodem modo possident, si enim modo solem n geminis & non in cācro esse uerum sit, cras non erit uerum, & ita a semper ueris quæ semper eodē modo se habent, modo quodam recedit, corruptibilia uero quia magis recedunt & lōgius distant ab illo uno uerissimo ueritatem mutant, non quo ad accidētalia tantum, sed & quo ad substantialem formam, inquit ergo eorum quæ semper sunt, & sunt hæc corpora cælestia de quibus naturalis philosophus tractat principia uerissima esse necesse est, si uerissima sunt in cōparatione ad corpora cælestia, ī ueritate ea principia corpora cælestia excedere necesse est, huius autem excessus redit rationem subdens statim.

NON enim interdum sunt uera, neqꝫ illis ut sint quicquam est causa.

DVAS rationes adducit eius ueritatis excessus, ut iure pricipia corporum cælestium uerissima esse dicātur, una est ꝙ nō quandoqꝫ uera sunt & quandoqꝫ non, in qua ratione aut eorū quæ semper sunt, ratio habenda est, & ita respectu situs & secūdum partes quandoqꝫ nō uera sunt & uera quandoqꝫ ut supra diximus, aut sermonem retulit ad generabilia & corruptibilia quæ quo ad substantialem formam & accidentalem uera sunt quandoqꝫ & quandoqꝫ non, sed cū cōparatio facta sit ad corpora cælestia quæ semper sunt, dicemus primo ea ītelligi & secūdo generabilia & corruptibilia ut prius transitū faciat a rebus semper uerissimis ad res quascunqꝫ transmutabiles, quas uel uti subiectum & eorum principia intrinseca & modum cōsiderandi proprium propositurus est, quibus ambobus alteram cōmunem quoqꝫ rationem attulit dicens, neqꝫ illis ut sint quicquam est causa, conueniunt ergo corpora cælestia cum generabilibus

& corruptibilibus

& corruptibilibus in hoc, quod est essendi causam habere, & differunt a suis principiis, q̃ hæc causam sui esse non habent, si oia principia insimul accipiat, at si seorsum a primo cætera accipiantur falsum é, nec hoc dicere Metaphysici é, cum unum tantum sit, ut prius dixerat, quod causa est ut alia sint, sed ut diximus, cum non sit de his tractaturus nec in hoc proœmio propositurus, paulatim descendit ad transmutabilia, quæ cum de ipsis tractare intendat, propositurus est: cum auté dixit supra de primo, quod cá est ut alia sint, per alia non exclusit cætera principia seu intelligétias, quæ licet semper sint, & prorsus uera, ita ut neq; in substátia neq; in accidétibus mutétur, depédét tamé inesse a primo quod solum é per se esse, corpora uero cælestia, licet semper sint & quo ad substantiá semper uera sint, in sit u tamen mutantur & in esse a primo & cæteris dependent, cúq; loquatur de causa efficiente, intelligentias & corpora cælestia sui esse causam habere & efficientem quidem, sententia Arist. intelligendú est. si. n. illa principia causa sint, ut corpora cælestia sint non præsupponunt ipsa esse, igitur quatenus sunt causa illis, ut sint, nó sunt fines, cú finis præsupponat id eé cuius é finis, si de fine loquamur extrinseco, hæc. n. est differentia finis extrinseci & intrinseci, qui est forma, est. n. forma per quam res habet esse, igitur non supponit id esse cuius est forma, non enim aliquo modo mouet sed est terminus motus aut mutationis, finis auté mouet, & mouet Metaphorice, mouet enim, ut appetibile ab eo, qđ mouetur, & illud qđ mouetur ab appetibili intrīsece per appetitum mouetur, appetitus autem cognitionem sequitur rei apprésæ, primo ergo prius res appetibilis cognitióe appetentis habita est, ergo non potest esse appetés nisi prius cognoscat, prius igitur cognoscens habet esse q̃ appetat, igitur appetibile non est causa ut illud sit cuius est appetibile; sed eo in esse supposito causa est ut ad ipsum per desiderium moueatur, & hoc est quod Comen. dicit secundo cap. de substantia orbis. finis significat agens significatione necessaria cum finis per agens definiatur, est. n. finis propter quod agens agit ut infra t. c. 3. & 8 M. t. c. 2. & secúdo Ph. t. c. 29. Vbi autem unum & idé est agens & finis, erit eius cuius est agens finis quoq; causa & esse & moueri, sed loquendo de agente proximo in rebus corruptibilibus quæ sunt agentia per motum, non ita est, ex quo enim per motum agunt necesse est ut tépore præcedant id cuius agentia sunt, nec sunt simul cum effectu producto, cú pro

E

ductum non conseruetur, per agens suum proximum, in quibus uero agens fini identificatur agens non agit per motum, & ex cõsequẽti simul est cũ producto, & cõseruatur in esse productum per ipsum, cum eadem sit secundum rem productio & cõseruatio, & sic erit ĩ agẽte duplex prioritas naturæ respectu producti. s. qua agens est in esse, & qua agens ut finis in moueri, quinimo & ipsum ut agens præcedit se ut finis, Dari autẽ tale agens duplex per motũ & sine motu expresse habet Comen. in Epito. Metaphi. in principio tractatatus primi, & hoc loco Comen. loquens de prima causa respectu oium entium, inquit Omnia. n. entia non acquirunt esse & ueritatem nisi ab ista, est igitur ens per se, & uerum per se, & omnia alia sunt entia & uera per esse & ueritatem eius, sed de hoc alias, Quoniam hoc loco hæc dicta sunt nõ ueluti prĩcipaliter intẽta, sed pro declaratione, ut diximus, dignitatis sumptæ in principio, & ex his principiis uerissimis, quæ non quandoq; uera sunt, sed semper, immediateq; causa sunt eorum quæ semper sunt, & nullus error in ipsis neq; in effectibus esse põt, uolẽs se trãsferre ad principia eoꝝ quæ trãsmutãtur & nõ semper uera sunt, & error in eis cõtingere potest eorum principiorum defectu, ut in generabilibus & corruptibilibus, licet raro & in paucioribus quidẽ, nõ in pluribus, in pluribus enim ex homine homo nascitur, in paucioribus tamen monstrum ut cæcus homo, manibus aut pedibus truncatus, aut duobus capitibus seu sex digitos in singulis manibus habens, & alia huiusmodi, ideo statim subiunxit dicens.

QVARE ut quodq; est, sic & ueritatis particeps est.

Non oĩa utiq; semper sunt ut corpora cælestia, quæ quantum ad esse substantiale non deficiunt, quia materiam non habent substantialiter transmutabilẽ, in quo cum principiis suis conueniunt, ab ipsis tamen in perfectione deficiunt ꝗ materiã localem habent, & ideo non in eodem esse accidentali permanẽt, neq; ex cõsequẽti ĩ eadẽ simili ueritate perstãt, sed cõtinuo propter potentiam quam habent, uariantur, alia uero sunt, quæ etiam in esse substantiali uariantur, neq; in eadem substãtiali ueritate perstãt, ideo dicit, Quare ut quodq; est, sic & ueritatis particeps est, si perpetuum habet aliquod esse substantiale eadem in eis substantialis ueritas perpetua est, si uero esse accidentale uariatur, nec secus accidentalis ueritas, at si in aliquo, esse tam substantiale quam accidentale uariatur, sic & substan

tialis ueritas permutatur, p roptérea ꝙ a causis uerissimis plurimum distant, hæc itaq; propositurus, quæ transmutabilia sunt, prætermissis causis illis uerissimis quæ ad Metaph. attinét considerare, de causis a quibus proxima habent esse & ueritatem transmutabilem propter potentiam materiæ & propter motum seu mutationem iuxta considerationem naturalis philosophiæ ea ratione qua taliũ consideratio impediri posset tractare incipit dicens.

A T uero constat principium quodam esse, & neq; profectione recta, neq; specie infinitas causas esse, fieri enim nõ põt ut aut in materia cum hoc ex hoc oriatur abeatur in infinitum ut caro quidem ex terra, terra autem ex aere, aer uero ex igne fiat, & huiusce nullus finis fiat.

Cum res naturales sint hæ, quæ causas quatuor habeant, necessario habent cognosci per causas quatuor. Nempe consideratio seu cognitio alicuius rei a tot causis pendet a quot esse illius rei dependet, si. n. res ab una tantum causa in esse dependet ab una tã tũ eius cognitio pédebit, ut Math. quatenus Ma. res cãm tantũ formalem habét, materiã. n. sensibilé, neq; agés neq; ex consequenti finem habent, ideo in Math. cognitione formalis causa sufficiens est, ita tamen ꝙ principia, causæ, & usq; ad elementa in ea formali causa habeantur, atq; considerentur hoc est incipiendo a prima forma usq; ad ultimã, qua ita in eẽ formali constituitur, ut a quibusq; formaliter differat, ut optime docuit Arist. 6. Metaph. t. c. primi, si uero quatuor causas res aliqua habuerit omniũ causa℞ quatuor principia causæ & elementa similiter consideranda sunt, ut puta, prima materia, secunda & proxima, primum, secundum & proximũ agens primus, secundus & finis proximus, ita de forma, ut dixit in procemio primi Ph. Aristoteles. Cum itaq; res naturales quatuor causas habeant, ut diximus, quarum quælibet non una tã tum est, sed plures, ne quis existimaret res istas transmutabiles sciri nequaquam posse, non modo ꝙ transmutabiles sunt & non semper ueræ, sed quia habent infinitas causas secundũ specié, aut infinitas in quacũq; specie sursum atq; deorsum procedentes, ideo de his nõ per se, sed quasi per accidens, de q; statu harum causarum tractat procemialiter, hoc est, in declaratione eius, ꝙ naturalia, licet transmutabilia sint, perpetuamq; ueritatem non habeant cognosci tamen possunt cognitione

ſcientifica, & primo proponit in communi adducens omnes quatuor cauſas non procedere in infinitum,neq; ſecundum latitudinem,neq; ſecundum lõgitudinem,cũ itaq; dixiſſet uti res ſe habet ad eſſe,ita ſe habet ad ueritatem, innuens res, ut diximus, omnes naturales, ſeu de quibus naturalis philoſophus conſiderat,ſtatim proponit principaliter quoddam illarum rerum in quocunque genere cauſæ unum,in quo ſtatus fit illius cauſæ,ita ut profectione recta in infinitum progreſſus nõ fiat, nec ſurſum neq; deorſum,neq; ſecundum ſpeciem infinitas cauſas eſſe,& recte ſecundum ſpeciem dixit,quoniam ſecũdũ numerum infinitæ ſunt,non ſimul,ſed ſucceſſione,Socrates.n.ab infinitis hoĩbus proceſſit,cum .n. mundus fuerit infinitus atque æternus infiniti fuerunt a quibus tandem Socrates modo genitus eſt,omnes tamen infiniti una ſpecie eiuſdemq; rationis cauſæ efficientis continentur,ita de materiis ſecũdis, nec ſecus de formis, atq; de finibus, ita ergo quamuis numero infinitæ materiæ, infinitæ formæ,atq; fines infiniti præceſſerint, quatuor tamen ſpecies ſunt cauſarum ſecundum latitudinem conſideratæ,& a materia incipiens plures quidem ſunt dicit diuerſaq; rõnũ ſecũdũ ſpeciem,finitæ tamẽ ſunt,ut ipſe exemplariter enumerat,ut caro ex terra,hæc ex aere,aer ex igne,omnes enim in genere cauſæ materialis ſunt,diuerſarum tamen rationum, erit tandem ad materiam primam deuenire,quæ nõ ex alia fit, ſed ipſa ultima eſt,in qua fit materierum ſtatus, materiam autem primam probare ſpectat ad naturalem philoſophum,quoniam uniuerſalitas materiæ non excedit uniuerſalitatem rerũ tranſmutabilium,ideo naturalis philoſophus habet omnes ſecundas materias ad primam materiam reducere, materia autem fieri ex materia nõ poteſt niſi per generationem,ideo hæc uniuerſalis ratio ſtatus cauſarum materialium naturalis ẽ nõ Metaphyſicalis,Metaph.enim nihil de materia pro ut ex ipſa generatur aliquid, habet dicere,ſed ut formæ ſubſtracta, compoſitum habet eſſe,& ut formam deferens definitionem ingreditur,ut docet. 8.Metaph. Ariſt.cum in ſeptimo de forma prima intentione dixiſſet. Deinde cum dicit.

AVT in eo unde eſt principium motus,ut homo quidẽ ab aere,aer autem a ſole ſol uero a diſcordia moueatur & hiſce ſit exitus nullus.

Eodem modo cauſas mouentes, quæ in genere quidem cau

sæ efficientis per motum diuersarum sunt rationum non procedere in infinitum proponit. Hoc quoq; loco naturalis philosophus est, eius enim é probare primum motorem, cum in mouentibus & motis non sit procedere in infinitum ut. 8. ph. probatur, sed deueniendum est ad unum primum mouens, quod ita mouet q non mouetur, non enim loquitur de efficiente, sed de principio unde motus. Deinde cum dicit.

SIMILI modo neq; in eo gratia cuius cætera sunt, atque fiunt in infinitum, profectio esse potest, ut ambulatio quidem sanitatis, hæc autem felicitatis, felicitas uero cuiuspiam fit itidem gratia, atq; hoc pacto aliud semper.

Cum de causa mouente, ut attinet ad naturalem prius dixerit, & naturalia agentia propter finem agant, dicens de fine, ut attinet ad naturalem quoq; dicere debuisset. Verum cum finis uniuersalitas excedat uniuersalitatem transmutabilium ad Metaph. spectat probare ultimum finem simpliciter, ad naturalem uero finem tantum illum, qui naturali motu acquiri põt, attinet considerare, & cum agat hoc loco de felicitate, & felicitas apud diuersos in diuersis consistat, si motu naturali ultimã felicitatem acquiri quis diceret, apud ipsum hæc quoq; finis ultimi propositio naturalis esset, id quod innuere uidetur, exemplariter tamen, cum sanitate motu deambulationis acquisita dicat acquiri felicitas, quia habita sanitate acquiri põt scientia, quæ non nisi a conualescente commode adipisci põt. Sed cũ hæc per accidens dicta sint, non multũ curat, modo finalẽ causam statũ habere proponat, ut est probaturus, satis habet. Et ita de formali causa dicendum est cum inquit.

EODEM modo nec in rationem in infinitũ abitio eẽ põt.

Idem dicit de ratione dicendum esse. s. statum habere causas formales & quiditates, ut si animalis forma sit anima, huius intellectus &c. cumq; uniuersalitas formæ uniuersalitatẽ rerũ trãsmutabilium excedat, ad naturalem philosophum ultimam formã probare non spectet, nec omnes formas ad ultimã reducere. Ideo hæc similiter causæ formalis propositio Metaphysicalis esse potest, uerum quia per causam mouentem, & mediante motu, atq; trãsmutatione acquiritur ratio seu forma, cum sit terminus motus, seu alterationis & generationis, postq̃ egit de agente, per motum, potius naturalem propositionem intelli

gemus quam Metaph. Propositis itaq causis quatuor rerum naturalium in infinitum nõ pcedere, id ipsum declarat dicés.

IN hisce nãq mediis, extra quæ ultimũ est, atq prius, necesse est, id quod est prius eorũ, quæ sunt post ipsum cãm eẽ, si enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus est causa, primum sane dicemus, nõ. n. ultimum, quippe cum unius, ut patet, causa sit nihil. n. unũ an plura sint media interest & finita an infinita, infinitorũ uero hoc pacto, infinitiq oĩno partes omnes usq ad hoc præsens similiter media sunt, quare si nihil sit primum, causa nulla omnino est.

Discrepant latini & Comen. a Græcis in expositione huius Textus atq continuatione, uolunt enim illi Aristo. in singulis causis probare quod propositũ est uniuersaliter. s. nõ esse pcessum in infinitũ. Et hac particula dicunt probare causas agẽtes non habere processum in infinitum. Michael uero & Asclepius incipere quidem probare in causis, sed prius uniuersaliter & in cõmuni in omnes causas simpliciter secũdo specialiter: & quod Græci dicunt eo arguunt quod hac particula qua probatur in sursum non esse processum in infinitum, nulla agentis aut ullius causæ sit mentio. Et ratio facilis ẽ, sumptis enim tribus in quocunq genere causæ, si ex tribus unum cæterorum omnium causa esse dicatur, ultimum dici non potest, cum nullius quod post ipsum sit, causa esse possit, cũ nullum post se habeat, mediũ similiter, cum post ipsum non nisi unum sit, & ipsum ab alio esse habeat, quo non existente nec ipsum esset, igitur primum causa necessario omnium est, sed si causas procedere in infinitũ concedatur: nullum erit primum. igitur nulla erit causa, cum omnes a prima dependeant, media autem siue unum fuerit, siue plura, siue finita, siue infinita sint nihil refert, quoniã omnia habent rationem medii, & omnia erunt causata, ita ut si non sit primum a quo causentur reliqua non erunt, & ex cõsequenti nõ causabunt, & ita nihil erit, quod uero dicitur in T. nostro, infinitorum autem secundum hunc modum, altera eẽ uidetur sententia de infinitis, quibus repugnat omnino primũ & ultimum, nullum profecto de infinitorum numero primi aut extremi rationem habebit, sed omnia mediã erunt, hoc pacto uult intelligi Michael secundum actum, in eo enim q actu

infinitum est, nihil potest esse primum, & hoc in his quæ non sunt eiusdem speciei. Et hæc est ratio quã habet Arist. secũdo de generatione. 67. & 68. ubi probat generationem perpetuam quidem esse & infinitam in circuitu, non in rectum neq; inferius neq; superius, inquit enim, si non est principiũ infiniti: neq; primum erit, propter quod nihil necesse erit generari, in rectum ergo non est possibile, quia nequaquam est principium, neq; si inferius ut ad futura inspiciamus, neq; si superius ut ad generata, & si est prius, necesse est ut sit posterius, nec differt dicere per duo aut multa. Et si multa fuerint ut ascendamus summendum unum est ex mediis ueluti nullũ post se habeat cuius causa sit. Et hoc innuit cum dixit, similiter autem usq; modo siue ad hoc præsens, aut usq; nunc ut. T. græcus habet, hoc est similiter sumpta aliqua causa, a qua tu ipse exordiũ feceris, ut ascẽdas ad primum, quo nõ existente propter infinitatem nullum aliud erit. Illud tamen aduertendum est Arist. loqui hoc loco & in libro de generatione de causis essentialiter ordinatis, quæ in eodem genere causæ diuersarum rationum sunt: ut prius diximus, particulares autẽ causæ, ut Socrates causa Platonis &c. sunt & ipsæ aliquo pacto essentialiter ordinatæ, est enim unũ ita determinate causa alterius, ut si illud non esset, sed aliud esset ab ipso, causatum quoq; non idem esset, sed necessario aliud ab ipso esset: adeò enim Socrates platonem generat, ut si non esset Socrates, sed alius ab ipso, Plato non esset Plato, sed alius a Platone: essentialiter ergo causæ ordinatæ alio modo dicũtur, dicuntur. n. causæ quarum una ab altera dependet in esse & in operari, propterea simul actu agũt, ut homo & sol. agentia aũt particularia ad inuicem non ita dependent, si. n. Socrates & Plato Ciceronem generent, quia Socrates generauit Platonem & Plato Ciceronẽ, in generatione Ciceronis Plato non dependet a Socrate, cõtingit. n. Socratem nõ esse dum Plato Ciceronem generat. quapropter hæc accidenteliter ordinari dicũtur: sol autẽ & homo essentialiter, quia in generando Ciceronẽ. V. C. Plato actione solis indiget.

Quod autem hoc loco notat Comẽ. rationes has, eo q; uniuersaliores sunt, Metaphysicales esse, & innuit præsertim hoc loco, quem exponit de causa mouẽte, de qua dictum est, in mouẽtibus & motis nõ procedi in infinitũ, & probatum est. 8. Physicorum, id ab omnibus aduertitur, cum nihil sit, nec notatu dignum, præsertim quo ad locum attinet: si enim uult intelligi

de causa mouente, ratio naturalis est, & nō Metaph. ut ea quæ est. 8 Ph. quia de mouente causa, & in libro de generatione de causa generante, Nam si, ut dicit, arguenda sit Metaph. ratione uniuersalitatis, aut hoc est ratione modi arguendi uniuersalis, aut ex re ipsa uniuersali, nō ex modo Metaphysicalis arguēda est: Nam Arist. primo Post. arguit eodem hoc modo nō fieri processum in infinitum in prædicatis uniuersalibus, neq; in Prædicatis per se, & tamen eas rationes Metaphysicales nequaquam dicit, sed ab ipsis Prædicatis, de quibus fit ratio, appellat, quas enī facit de prædicatis uniuersalibus, dialecticas dicit, quas uero de Prædicatis per se resolutorias, igitur a rebus ipsis demostratis fieri debet denominatio, & a sciētia cuius sunt res, de quibus fiunt rationes secundum modum illum uniuersalē, quo pōt uti unaquęq; scientia, eo modo usus est in logica, eo modo utitur in libro de generatione, ut prius adduximus, & ut in logica a rebus logicis logicæ dicūtur, & a rebus naturalibus in libro de generatione non Metaph. sed naturales erūt. Hoc autem in loco iuxta expositionem suam res & causa demostrata non est Metaph. non est enim causa ut causa, nec causa agēs, sed mouēs, quā in T. p̄cedēti ꝓposuit, ꝓposuit. n. principium unde motus, igitur est naturalis & est naturalis dicenda, si Arist. præceptoris appellationem sequemur: Præterea patet medium naturale esse, erit enim ratio iuxta expositionem suam: Ex tribus mouentibus ultimum non potest esse causa motus oīum, cum nullum post se habeat, nullius motus causa erit, Medium uero cum nullum, nisi unum tantum habeat omniū non erit motus causa, & quia non mouet nisi moueatur, igitur primū est causa motus omnium: satis manifestum est rationem hanc naturalem esse & non Metaph. & nulla ē uniuersalitas per quā argui possit Metaphysicalē esse nisi ex modo cuius gratia, & rationes in primo Post. Metaphysicales essent & in libro de generatione non naturales essent. Et esto ꝙ modus ille Metaphysicalis sit, contractus tamen ad res naturales naturalis efficitur, & ad res logicas logicalis, & ita nihil est quod notat Comen. sed error potius expungēdus, q̄ notandus locus. At si dicamus iuxta expositionem Græcorum Arist. s. facere rationē de quibusq; causis uniuersalem, nec propter hoc Metaphysicalis est ratione illius uniuersalitatis, quia non magis erit Metaph. in hoc Textu q̄ in T. præcedenti, in quo proposuit omnes quattuor causas, de quibus hoc loco uniuersalem facit rationē, & cum pro-

posuerit

posuerit causas rerum transmutabilium seu naturalium,ut no tauimus,igitur nec hoc loco Metaphysicus erit, nec ratio Metaphysicalis. Quia uniuersalitas ista non excedit res naturales & causas,sed quæ expositio cōueniētior sit an græcornm an Comen.potius & latinorum,infra dicemus, Deinde cum dicit.

AT uero neq; ad infera,si superna principium habent in infinitum profectio esse potest,ut ex igne quidem aqua,ex hac autem terra & sic semper aliud quid genus fiat ac oriatur.

Cū proposuerit primo declarare profectione recta causas in infinitum non procedere,& profectio recta duplex sit, ad supera.s.& ad infera, ubi ad supera probauit infinitam profectionem non esse, reliquum erat ut ad infera similiter profectionem infinitam non esse ostenderet,& ut ad supera ratione uniuersali,ut exponunt Græci,id ipsum ostenderat,nec secus uniuersali rōne ad infera probare deberet.Et propterea græci difficultatem habent ex T.quoniam de materia loquitur expresse,& ad hoc respondet Michael dicens, exempli gratia materiam adductam esse,sed non plene satisfacit, Nempe sicut arguit uniuersalem priorem rationem esse, quia nulla adducta est causa seu nullius causæ mentio facta est, ita per oppositum quia hic mētio causæ materialis fit, non uniuersalem, sed causæ materialis priuatam rationem esse. Sed ad hoc possent dicere eo modo nō posse probari uniuersaliter.s.Sumptis tribus ad isera procedendo,ut ad supera,quoniam medium non ita necessario dependet ab ultimo,ut medium a primo,ita.s.uniuersali illa ratione, qua dicebatur si nō ultimum neq; medium,quoniam quod medium est non dependet ab ultimo,sed ultimum a medio,in esse quidem dico,licet in ratione medii dependeat, nam si non esset ultimum,esse posset id quod modo medium est,medii tamen rationem non haberet,sed ultimi,& forte hoc pacto staret ratio,q.s. non procederetur ad infera profectione infinita,Ideo habet dicere Michael, ut sustineat exemplariter adductam materiam esse,quia manifestius res per materiam declaratur q̄ eo modo uniuersaliter.s. tribus acceptis tātummodo. Latini autem & Comē.habent in cōtrarium suæ expositionis, Primo q nullam de mouente mentionem facit Aristoteles,Secūdo quia non seruant utranq; profectionem, quam T. uidetur

expsse dicere,nã cũ dicit Aristo.At uero neq; ad infera,uidetur uelle prosequi,atq; perficere directionem propositã, quæ duabus profectionibus perficitur, huic tamen obiectioni respõdet Comen.in eadem causa non fecisse,quia in agentibus ultimum,quod effectus est,manifestum est, ideo progressionem ad infera prætermisit,in causis autem materialibus primũ est manifestum,ideo in genere causæ materialis profectionem ad supera neglexit,satis ergo fuit Arist.probare in his quæ dubia sunt, in agentibus dubium est primum agens,& nõ ultimum,quod est effectus tantum, in materiis põt esse dubium ultimũ, nõ autem primum, ut hominem fieri ex humano semine notum esse uidetur .S.T. uero inquit soluens & ipse hanc obiectioné q; agens & patiens simul sunt, & ex ipsorum ratione patiens subditur agenti,si ergo patiens quod patitur gratia materiæ ẽ infra,agens uero quia agit ratione formæ & actus supra est, ideo procedere ad supera erit causaꝶ agentium,in deorsum uero cõtra materiæ competet,non agẽti,ideo ad supera prius procedens de agente causa intellexit,hoc uero loco de causa materiali,ut expresse loquitur.At si animaduertantur exempla Ari. & recte considerentur,uidetur hanc totam rationem de causis mouentibus esse,nempe ut ascendendo agentia terminauit, ita descendendo agentia terminat:& exemplis hoc manifestat. Ex igne inquit aqua,si ex igne superiore elemento fiat aqua, aqua inferius elementum erit agens,& si ex aqua superiore elemento fiat aliquid inferius,erit terra agens inferius elementum,& ita procedendo in agentibus inferioribus erit deueniendũ ad aliquod ultimum,ultra quod non erit aliquod aliud infra,quod agere possit in illud,ut modo terra ẽ,agens utiq; terra ẽ,sed ultimum,nam si ex ea fieri debeat aliquid, fiet aliquod superius, & erit ascensus & non descensus, fiet enim aqua ipsa agente in terrã, & ex aqua ignis,aut aer,& sic erit circulus qui hic nõ ꝓbatur,sed ultimũ agẽs infra,ex aqua.n.dixit superiore fit terra a terra,quæ ẽ ultimũ agẽs infra,& sic arguit in uno genere causæ mouentis.s.& non in duabus, neq; exemplariter materialis causa adducta est,nisi pro quanto agens necessario præsupponit patiens,neq; unum sine altero explicari po test,ut etiã ascendendo dictum est ultimum non esse causam alicuius, medium esse causam unius tantum.Et si intelligemus causam mouenté medium erit agens seu mouens,ultimum patiẽs,materia & motum,Primum agens & mouens,Medium patiẽs,materia & mo

tũ,& mediũ erit ex cõsequẽti, ex quo & materia respectu primi & ultimum respectu medii & primi, & sic utroq; modo causa materialis implicatur ubi de mouente causa agitur. Et coactus fuit ponere ultimum agens agere in superius, quoniam si ẽ deueniendum ad aliquod, quod non agat in aliud, iam non erit agens, possumus bene uenire in superius agens quod nõ sit motum absq; implicatione, sed non possumus in ultimum agens uenire quod sit motum tantum, implicat.n.dicere agẽs motum tantum. Et hoc forte fecit omnes expositores errare, græcos quidem asserentes causam agentem prætermissam esse, & rationem uniuersalem hanc procedere usq; ad eam particulam. Et fieri nequit ut ipsum primum &c. ut infra dicemus, Latinos autem & Comen. dicentes in hoc genere causæ mouentis descẽsum prætermisisse, & speciatim de materia incipere ab hac particula. At uero, &c. Sed sicut de una eadẽq; causa mouẽte tractãs ascendendo, superius, accepit loco agentis, & ex consequẽti, inferius, loco materiæ, licet eam non expresserit, tamen necessario habet intelligi, ita descendendo, superius, accepit loco materiæ, & ex consequenti, inferius, loco agentis, licet non expræsserit, cum necessario ex materia fiat aliquid per agẽs, & sic in directum probauit, & in sursum, & in deorsum causam mouẽtem in infinitum non procedere, Ex hoc autem ultimo agẽte sumpsit occasionem de materiali causa dicendi. Et propterea inquit.

DVPLICATO enim hoc ex hoc fit, non ut hoc post hoc fieri dicitur, ueluti ex Isthmiis dicuntur Olimpia fieri, sed ut aut uir ex puero mutationẽ subeunte fieri dicitur, aut aer ex aqua,

Sumpta occasione ab agente inferiore, quod intellexit per assumptionem superioris accepti loco materiæ, cum dixit ex igne aquam fieri, & ex aqua terram, quod fieri non potest nisi aqua agens fuerit medium, & terra ultimum mouens, quod facit ex aqua terram, de materiali causa modo agere intendens ex aliquo tanquam ex subiecto primo dupliciter distinguit. Et propterea excludit fieri ex aliquo pro ut illud, ex, nõ subiectum indicat, sed, post, differentiã temporis significat, ut ex Isthmiis fieri Olimpia dicebant, hoc est post Olimpia, erãt autem Isthmia ludi, qui ĩ honorem Neptuni in Peloponesso celebrabãtur, Olimpia uero, quæ quinto quoq; anno isthmiis celebrãtis in honorem Iouis fiebant, certamina quædam erant. Ex subiecto

itaq; fieri dupliciter inquit,& primo ut ex puero uirũ fieri dici mus & aerem.V.G. ex aqua fieri, Puer & aer subiecta sunt, sed puer mutationis ẽ subiectũ,aqua uero corruptionis,Puerũ au tẽ eẽ mutationis subiectum explicat cum dicit, uirum fieri ex puero mutationem subeunte,propter quod satis manifestum est non prætermisisse modum ipsius fieri ex subiecto,ut inquit Michael,immo ex istis duobus subiectis intendit ostendere pri mum subiectum quod est materia, ut infra patebit, innuit enim triplex subiectum,unum mutationis pro quo puerum exemplariter induxit, alterum corruptionis, ut aqua ex qua aer fit, tertium generationis,& primo loquitur de duobus pri mis, & ex ipsis concludit tertium,quod in genere causæ mate- rialis primum est ascendendo, Primo ergo declarat conditio- nes subiecti prius adducti,& inquit,Ex puero igitur uirum fie ri dicimus,ut ex eo quod fit,id quod factum est,id enim quod est in fieri,iam inceptum est,sed nondum perfectum est,& hoc est,quod declarat dicens,fit,quod perfectum est,ex eo quod per- ficitur,iterum hoc declarat ex natura mutationis, mutatio nãq; est inter terminos.s.inter terminum a quo, qui abiicitur, & terminum ad quem,qui acquiritur,& quia mutatio nõ gra tia sui fit,sed subiecti,quod mutatur ab uno termino in alium terminum,ut ergo se habet mutatio respectu terminorum ita & subiectum se habebit,ut ergo generatio medium quoddam est inter esse & non esse,ita & ipsum subiectum medium est in- ter id quod non est & id quod est, quod enim simpliciter non est, non generatur,neq; quod simpliciter est generatur, igitur quod generatur medium est eius,quod est simpliciter & quod non est simpliciter, & generatio inter nõ esse & esse simpliciter. Exemplum autem de puero,qui nõ est subiectum generationis simpliciter adduxit,ut ex sensatis primum subiectum declaret, quod non aduertitur ab expositoribus,puer enim formam ha bet quidem,sed non perfectam, est autem in potentia ad per- ectionem formæ,non quidem quo ad esse essentiale,est.n.puer & homo rationalis & risibilis ut uir, sed quo ad operationes ad quas exercendas homo instrumentis indiget,quæ successiue perficiuntur,augentur enim & roborantur successiuis moti- bus, non .n. puer uim habet generandi sed eam successiue ac- quirit,neq; uim habet iudicãdi per sensus interiores,sed succes siue iudiciũ,& alia huiusmodi in dies acquirit,ut sciẽtia cuius exemplum adducit dicens.Qui autem discit fit sciens,& id qđ

dicitur ex adiscente sciens fieri, & accipit addiscentem pro eo qui habet scientiam actu,sed imperfectam,& addiscens medius est inter purum ignarum, & simpliciter scienté, fieri ergo taliter est fieri ex forma imperfecta, esse autem perfectum & imperfectum non cōpetit formis substantialibus, sed tantummodo formis,quæ suscipiunt magis & minus,nisi per accidés, ut diximus,de operationibus a forma substantiali prouenientibus,ideo adducto de puero cuius forma substantialis nō habet esse magis & minus,perfectius & imperfectius esse per se, sed per accidens,adduxit exemplum de adiscente, cuius forma per se suscipit magis & minus,declarato itaq; subiecto prius adducto alterum declarat,& proponit quo pacto subiectum a priori differat, dicens.

EX aere fit aqua altero subeunte corruptionem.

Vt enim subiectum,quod fit ex puero uir, puer est,ita subiectum,quod corrumpitur dum fit aqua ex aere,aer est,sed differūt,puer subiectum non corrūpitur,sed manens perficitur, nihil in puero est,quin illud quoq; in uiro nō sit,sed in uiro ē perfectum,quod in puero imperfectum est, alterum uero corrumpitur non secundum totum, sed secundum formam,ideo aliquid quidem est in aere, quod in aqua non est,est enim forma aeris,quæ non perficitur,sed prorsus tollitur,& altera introducitur, siue perfectior siue imperfectior fuerit, diuersa tamē speciε,& ex hoc deducit horum differentiam sequētem dicens.

QVAPROPTER in illis quidem non fit reflexio,neq; fit ex uiro puer Neq; enim ex generatione fit id quod fit, sed est post generationem,sic enim ex aurora fit dies,quia post illam, idcirco neq; ex die fit aurora, In his uero fit reflexio.

Ex priori differentia,quæ est unum subiectum non corrumpi, & alterum corrumpi, altera hæc differentia sequitur, uidelicet in illis fieri reflexio non potest,& reddit rationem,quia .s.id quod fit,quod est.s.esse perfectum non fit ex generatione, non enim uir generatur ex puero,sed fit post generationé,unū, quodq; enim perficitur postquam genitum est,perfici enim & augeri præsupponit esse,quod per generationem acquiritur,& sic perfectum esse fit post genitum esse,ut dies fit post aurotam. Ratio autem est,quia ubi est cōtrarietas ubi reflexio esse potest

quoniam materia propter ipsius aptitudinem & potentiã ad contraria, utrunq; suscipere potest, in embrione enim non est contrarietas, neq; talis contrariorum susceptibilitas, sed tantũ in embrione ad perfectionem & finem tendentia & uia ẽ, uia autem non ẽ cõtraria fini, nunq̃ enim in contrarium ducerẽtur, propter quod seruatæ formæ, quæ erat in principio, fit additio, seruatus utiq; hõ in puero & minime corruptus fit perfectionis additio, cumq; in alia transmutatione subiecti fiat corruptio, sequitur in ea fieri posse reflexionẽ. Ex hoc autem sequitur in his duobus nõ fieri progressum in infinitum. Et propterea inquit.

NEVTRO autẽ modo in infinitũ abiitio esse potest, E teniĩ illorum quidem cum sint media finem esse necesse ẽ, hæc aũt reflectũtur, alterius.n.corruptio alterius ẽ generatio.

Intentũ in his subiectis tãq̃ mediis subiectis satis manifeste ꝓbat ex dictis.s.in infinitũ ꝓgressum nõ fieri, in prima.n.mutatione, si mediũ ẽ tendẽs ad perfectionẽ & terminũ, nõ erit abiitio in infinitum, implicat enim habere terminum ipsi infinito, frustra enim tenderet ad perfectionem, si nõ esset in aliquo termino perfectio, Quæ autem reflectuntur sequitur in aliqua specie ultimum eẽ, ad quod cum fuerit peruentum, cũ ultra progredi non possit, cum alia causa non sit, si uelimus in infinitum progressum fieri, necesse est reflexionem fieri, ut secundo de generatione dicitur ubi supra, sed hæc infinitas est secundum successionem, quam non impugnat, sed gratis concedit, ut si fiat ex spermate embrio, dein puer, postea uir, rursus sperma, ita in plantis & in omnibus aliis, sed hæc duo subiecta nõ sunt primum, quia ex primo subiecto nõ fit aliquod nisi ex pura potentia: quod autem fit ex his duobus, ut constat fit ex forma aliqua necessario, aut.n. fit ex forma imperfecta, aut ex forma contraria, cum ergo, ut declaratum est, non fit in his progressus in infinitum, erit deueniendum ad aliquod, ex quo primo corrupto fiet quidpiam. V. G. terra quam ultimum agens innuerat, & si tale subiectum, ut ex eo fiat quippiam, corrumpatur, non erit primum subiectum, quod perpetuum esse dicitur omnium philosophantium sententia, ex quo cũcta fiant & generentur. Ex eo itaq; primo corrupto deuenit in cognitionem primi subiecti, in quo fiat status in sursum in genere causæ materialis & inquit.

ET insuper fieri nequit, ut ipsum primum, cum perpetuũ sit, corrũpatur, cum enim generatio nõ infinitum sursum proficiscatur, id ex quo corrupto primo quippiam ortũ est perpetuum non esse necesse est.

Volunt Michael & Asclepius hac particula Arist. incipere de causis priuatim pertractare, & primo de causa materiali, sed uenia ipsorum dixeri, non intelligunt hunc Textum, nec priorem, Nempe si uult Arist. probare causam materialem non habere progressum i infinitũ, oportet præsupponat plures eẽ causas materiales, subiectum autem primum de quo hoc loco loquitur, & dicit perpetuum esse, unum tantum est, igitur nõ probabit hoc non procedere in infinitum, ideo de subiectis prius loquutus ab ea particula (Duplicato enim ex hoc fit) incepit de causa materiali priuatim tractare, ut diximus, & perueniens ad primum subiectum quod corrumpitur, statum fieri in causis materialibus conclusit, eo q̃ reflectuntur, ex eo autem primo corrupto, ex conditione perpetuitatis primi subiecti non illud primum corruptum, primum subiectum esse arguit, sed ex eo cuius corruptio generatio alterius est, ut in calce præcedentis particulæ dixerat, aliud esse subiectũ generationis necesse esse affirmat, Nam cum non sit id quod generatur, nec sit qđ corrũpitur, erit aliud ab utroq̃, quod sub utroq̃ termino manet, & illud est primum subiectum, quod neq̃ generatur neq̃ corrumpitur, neq̃ est quod fit, neq̃ ex quo fit tanquã ex cõtrario, sed tanquam ex subiecto tãtummodo, & hoc est quod materiam uult esse in pura potentia, quam materiam, quodq̃ primum subiectum reperit in genere causæ materialis ascendẽdo, ut ostendimus, & propterea male Comen. dixit ut excusaret Aristotelẽ ultimum agens descendendo non probasse, iuxta suam falsam expositionem, nec materiã primam ascendendo, quia ultimum agens manifestum est, in materiis prima materia, Quoniam ultimum agẽs in causis agentibus, ut declarauimus, ostendit, & illud per terram ultimũ elemẽtũ exemplariter explicauit, Et id quod dixit esse manifestum Comé. nõ fuit ultimũ agens, sed effectus, qui agẽs esse non potest, primã uero materiam hoc loco manifeste declarauit, quam non uoluit esse ex qua immediate fit res, ut intelligebat ipse, sed primum subiectum, quod & materiam primam dicit. Reliquum erat ut descendendo ultimam materiam dari quoq̃ probaret, sed satis

habuit omnem directionem in causa agente perfecisse, ex quo quum dari ultimum, si primũ datur, habuerit, satis uisum est ei materiam primam probasse seu primum subiectum, aut si uelimus sententiam Comen. aliquo pacto sequi, ultimam materiã tanquam notam Arist. reliquisse dicemus, ea enim, quam primam dixit Comen. materiã & notam esse uoluit, & propterea prætermisisse uoluit Arist. ultima est & non prima, ultimã ergo tanquam notam reliquit & primã tãquã ignotã probauit.

Id quoq; notare prætermittendum nequaquam esse censeo, ex his quæ in hoc utriq; causæ materialis genere in principio diuidendo subiectum dixit, formam corporeitatis perpetuã q̃ maxime refelli, Cum enim dicat fieri aliquid dupliciter ex imperfecto .s. perfectum, & ex contrario, si forma hæc in materia perpetua sit, erit profecto corpus ex quo cuncta fiãt, ex hoc ergo cuncta necessario fient altero duorũ modorum, aut ex imperfecto perfectum, ut ex puero uir, aut ex contrario, ut ex aere aqua, si ex contrario, corrumpitur corpus, & nõ erit perpetuũ ut dicunt, si fiãt ex imperfecto non erit generatio, sed cuncta fient ut ex aurora dies, & ex addiscente doctus. Et profecto ex ipsorum declaratione generationem imprudenter negant. Quæ enim ita fiunt, ut ex imperfecto perfectum, eo, ex quo fiunt, saluo & ad perfectionem tendente fiunt, nec ualet si dicatur corpus illud æternum esse propter formam æternam, & tale corpus non est generatum, sed species est generata, quia non ẽ æterna, sed de nouo fit, quia ratio Arist. ualet ita si imperfectum esset perpetuum, sicut si de nouo fieret, ut si puer æternus fuisset, & modo fieret uir, non esset generatio uiri ex puero æterno, est enim generatio ex contrario in contrariũ, quod autem imperfectum est perfecto non contrariatur, siue illud imperfectum æternum sit, siue non æternum, per generationem enim fit acquisitio formæ simpliciter, & actus simpliciter, & non q; supposita forma imperfectũ per generationem perficiatur, ut dicunt formã illã genericã fieri ignẽ specifice aut aquã, sic enim fit ut ex puero, assimilatur tamen generatio ex subiecto quod est in pura potentia mutationi perfecti ex imperfecto, quia q̃d fit per generationem, non fit ex non esse simpliciter, sed ex eẽ in potentia, non tamen ex aliquo actu imperfecto, aut generico, ut uolunt, & conuenit cum mutatione etiam perfecti cum nõ fiat reflexio ĩ generatione, quæ fieri dicitur ex subiecto primo, cum subiectum primum non corrumpatur, ut dicebat Arist.

idco si

ideo si ex materia fit ignis, non ex igne fit materia, hæc enim reflexio fit, ut dictum est, quando fit ex subiecto corruptionem subeunte, & non quando fit ex subiecto primo corruptionem non subeunte, & conceditur generatio eius quod fit, quia quod fit non præsupponit actum ipsius quantumcunque imperfectũ. Ex eo ergo exẽplo sensato, ut dicebamus, declarauit Arist. generationem simpliciter ex subiecto in quo est, quod fit in potẽtia, omni actu etiam imperfecto excluso, quia hoc posito excluditur generatio, ut contingit ponentibus corporeitatem æternam in materia. Subiectum autem illud in potentia sensu non percipitur, sed ratione comprehenditur per analogiam, quam hoc loco uidetur innuere Arist. ut. n. Puer se habet ad uirum, ad quem est in potentia, ita primum subiectum ad formã, ad quã est in potentia, sed eo differt, quod puer in potentia est propter actũ imperfectum, ideo ex eo uir non generatur, materia uero est in potentia absque omni actu etiam imperfecto, ideo quod fit generatur simpliciter, & in hoc nõ fit reflexio, quia primum subiectum non generatur, tendit tamen ad esse & bonum, ad quod est in pura potentia, & non quia formam acquisierit prius, aut aliquo modo habuerit, ex puero autem non generatur uir, quia iam in puero genitus est, & esse habet licet imperfectum esse habeat, sed puer mutatur, hoc est, tendit per mutationem non ad esse simpliciter, sed ad esse perfectum. Et hoc est quod uult dicere Comen. in Comen. huius. T. dum dicit, illud, cuius generatio est completa, impossibile est ut sit generatum, intelligit enim non quod iam generatum est, sed quod generatur, est que propositionis sensus, impossibile est eius, quod generatur, generationem completam esse, si enim completa esset, iam non generaretur. Sequitur postea in T. dicens.

PRETEREA id gratia cuius fiunt est finis, tale autem est id quod non ob aliud fit, sed alia illius gratia fiunt, quare si tale ultimum fuerit non erit, si uero nihil tale fuerit, nõ erit id cuius gratia cætera fiunt.

Idem de fine aggreditur probare. s. non esse profectionem in infinitum in causis finalibus, & arguit primo ex ipsa ratione finis, est. n. finis id cuius gratia cuncta fiunt, si tales in infinitum procederẽt, nullum esset ultimum, sublato autem ultimo & reliqua, quæ ipsius gratia fiunt, non essent, sed sunt quæ gratia alicuius fiunt, ergo ultimum datur & c. facilis est ratio & quæ

nullam patitur difficultatem, & facit progressum in deorsum quasi tendens conformiter ad finem, qui ultimus est in executione, quasi manifestum sit primum esse in intentione, sed ut sic nō habet rōnem finis, quin potius agentis. Et si datur primū mouens necesse ē dari primum finem, cuius gratia fit id, quod a primo agente proxime fit, ut manus porrectio ad accipiendam medicinam, a sanitate enim in mente fit manus porrectio, quæ gratia medicinæ suscipiendæ fit, admouere. u.g. ori potum primus finis erit. Deinde inquit.

SED qui infinitionem faciunt ipsius boni naturam tollūt.

Altera ē ratio, subtrahitur boni natura, si ultimum non statuatur, cuius gratia cuncta fiunt, tale utiq;, cuius gratia fiunt omnia, est ipsum bonum. Et hoc est quod Ethicorum primo dicitur. Omnis ars, omnis disciplina, omnis actio & omnis electio bonum quoddam appetunt, & maxime bonum est, quod omnia appetunt. Quapropter omnia, quæ fiunt arte, ratione, & natura, horum finis bonū ē. Qui ergo subtrahūt finem, bonum quoq; subtrahūt, id qđ ex operantis intentione manifestat dicēs.

ET tamen nemo quicquam agere aggreditur si non sit id ultimum facturus.

Nemo profecto est, qui ad terminum se non peruenturum si existimauerit, id ipsum agere aggredietur, at si i infinitum in huiusmodi causis progressus fieret, summoueri, ultimum necesse esset, igitur nihil prorsus fieret, sed fit aliquid ab aliquo, ut sensu constat, igitur finem quisq; sibi præscribit, ad quem ubi peruenerit ab opere quiescit, quia finem ultimum iam assecutus est. Deinde dicit.

NEQVE profecto mens erit in ratione rerum gratia, nāq; cuiuspiam semper is agit, qui mentem habet, hoc enim est ultimum, ultimum enim finis est.

Nemo sanæ mentis est, qui non intendens aliquid operetur tolletur ergo sanæ mentis operatio, quæ cum ratione est. Deinde cum dicit.

AT uero neq; quiditas in aliam definitionem abundantem ratione redigi potest.

Reliquum erat, ut de forma idem probaret, forma autem

quiditas est, seu qđ quid erat esse apud Arist. & græcos omnes, & quodquid per rationem explicatur, quæ est definitio. Nec ualet excusatio, definitionem .s. principaliter formam significare, quoniam semper quando Arist. distinguit formam a materia tanquam ab opposito, formam rationem appellat, ut ex hoc loco il lustrius hétur. Vbi.n. egit de materia parte altera cõpositi quæ ē subiectum manens. Hoc enim pacto primum subiectum, primamque causam materialem probauit, de forma tractaturus, non erat, ut totum materiam & formam continens acciperet, sed partem alteram, sic enim, ut contra diuiditur causæ materiali causa formalis, forma est, Et in hoc conueniunt Arist. & Plato, sed Plato re & intellectu formam partē alteram a materia deferente separabat. Arist. uero intellectu tantum, & sic eam in. 6. Meta. & proponit, et cõtēplatur .s. sine materia .7. uero Metaph. formā cũ materia deferente considerat, ideo in. 6. dicit quoquid erat esse, esse idem cum eo cuius ē, contra. in. 7. distingui affirmat propter annexam materiam, sed de hoc satis suo loco dicemus. Nunc ergo de forma dicit non secus dicendum eē, non procedere .s. in infinitum, sed dari ultimam, quia hac unumquodq; in proprio eē constituitur, ut homo. Hanc autem quiditatem habere, quæ aliam quiditatem habeat, non est procedere in infinitum, ita ut non sit deueniendum ad unam quiditatem, quæ nō redundet ratione, ut hominis quiditas animalis ratione redundat, huius uero corporis, & corporis quiditas ratione substantiæ, in qua, ut in genere generalissimo, rationum sit status, & ex consequenti formarum in re correspondentium, non ut in una eademq; re sint diuersæ formæ atq; realiter distinctæ, ut bonus ille Gandauensis ex hoc loco argumentatur, & ex primo. Phy. t. c. 1 9. contra Parmenidem existimantem omnia unū. Vbi Arist. ex partibus definitionum, quarum non est alia maior unitas, cum sola ratione ita distinguantur, ut re separari non possint, rerum atq; entium diuersitatem & pluralitatem arguit, quoniam ratione non distingueremus eas partes, nisi in re unam formam eius perfectionis sine altera non uideremus. Non enim in homine sensitiuum ab intellectiuo distingueremus, nisi sensitiuum sine intellectiuo uideremus, & uegetatiuum sine sensitiuo, in uno tamen & eodem non sunt diuersæ, sed eiusdem formæ diuersæ potentiæ atq; perfectiones, sunt enim ut trigonum in tetragono una secundum essentiam existente figura. Si autem ex diuersitate reali in diuersis rebus plures formas in uno eodemq;

arguceremus,cum proximum genus illud sit cuiq; speciei quod non nisi duabus differentiis diuiditur,plures formas realiter distinctas,q̄ in equo troiano ut Plato dicebat in unoquoque esse diceremus.Et præterea non modo potentiam uegetandi animā a sentiendi potentia anima realiter distinctam diceremus,sed & uisiuā potentiam & auditiuam & non potentias eas,sed formas realiter distinctas eo iure dicere cogeremur,quoniam in Talpa ē anima sine uisiua potentia cum potentia auditiua, in mure uero cum auditiua,Anima autem uidendi perfectionem habens ab anima eam perfectionem non habente realiter distinguitur in diuersis,ergo in eodem,ut anima habens uegetandi perfectionem & non sentiendi ab habente utrunq; , ideo hoc falsum est sicut & illud.Errant autem ex hoc loco , & ex primo Ph. talem distinctionem accipientes,& præsertim ex primo Ph.cum intellectus Arist.is sit quem modo explicauimus . Et esto illud , quod uolunt eo loco diceret nō ex quacunq; auctoritate auctorum placita accipienda sunt,sed ex eo loco in quo primo & per se de ea pertractant,& non ex eo loco in quo per accidens, hic.n. & primo Ph.arguit Arist. ea ratione , ut si diuersæ re fuerint formæ siue ratione,habet Arist.quod intendit,non.n.a Parmenide tantum concederetur partes definitionis easdem re & ratione diuersas esse, sed a multis sequacibus Arist.& satis quidem dignioribus Gandauense,a quibus probatur ratio Arist . cuius in ea ratio ne acutiem Gandauensis & sequaces Gandauensis , potiusq̄ Arist.non animaduertunt,quæ si non esset, rideret Parmenides non minus frigide quam stupide arguentem Arist.quasi non negaret partes definitionis esse unum , qui diceret omnia unum. Sed eas partes unum re ratione distinctas nos dicere non posse, nisi ex diuersitate reali in diuersis,contra Parmenidē ualidissimum argumentum est.Sed ad rem redeamus.Michael eam particulam,redundantem ratione,exponit in comparatione ad definitum,quod uno nomine dicitur.At si formæ essent infinitæ, illud inconueniens sequeretur , ut non posset definitum explicari,quia formæ magis distantes a definito minus ipsum explicarent, quia a definito longius semper progrederemur , sed non est multum a priore expositione diuersa,præter quam priore expositione erit genus generalissimum prima forma , hac uero Michaelis expositione ultima forma,& prima forma erit ultima differentia seu proxima, ut ex particula sequente patebit, inquit enim.

SEMPER enim ea quæ est, ante ē magis, ea uero quæ est posterior non ē, ubi autem primum non est, neq; quod hæret.

Latini per, ante, intelligunt remotiorem formam, ideo illud, magis, ꝑ ampliori exponunt uniuersalitate, animal enim uniuersalius est homine, & corpus animali, ideo quod dicit, posterior non ē, dicunt. i. ita uniuersalis non est, & propterea ubicunq; est animal, non est rationale. Michael per magis intelligit intimius ideo per, ante, intelligit quod proximum est, & nō quod lōgius ideo, inquit, semper enim, quæ ante est magis intima, & rem magis explicat, ut animal magis quam corpus, & rationale magis quam animal. ea uero quæ ē posterior non est magis definitio enim animalis nō hoīs est, nec minus corporis hoīs definitio est rationale uero, quæ est proxima, hominis definitio est, hominē uere proprie atq; perfecte explicans, et si procedunt in infinitum, nulla erit quæ sit hominis. Sed contra est Arist. qui. 5. Met. t. c. 43. proximam differentiam atq; intimiorem ultimam appellauit, ex consequenti remotissimam primā uoluisse intelligemus, nec secus hoc loco iuxta modum in aliis causis procedendi remotiorem causam primam esse dixit, ut subiectum primum remotissimam materiam, & primum agens agens remotissimum, quamuis finem opposito modo appellasse uidetur. Sed hoc forte ne error contingeret circa finem, qui ut est in intentione primus est, sed non habet rationem finis, quin potius agentis, ut prius notauimus, id quod cum formæ non conueniat, nec possit de ea talis haberi dubitatio, conuenientius per primam formam remotissimam intelligemus: ideo cum dixit, ubi primum non ē neq; quod hæret, intelligemus, neq; medium est, neq; ultimū. Et hæc expositio, quæ latinoꝝ est, conueniētior est, & cæteris cōformior. Comen. autem quia dicit semper. n. pars prior est dignior ī esse, si intelligit per dignius in esse, perfectius, erit sensus Michaelis. At si intelligit dignius est ut prius sit in materia, erit sensus latinorum, iuxta id quod dicit primo Metaphy. 17. materia enim, inquit, primo recipit formam magis uniuersalem qua mediante recipit alias usq; ad indiuiduales. Deinde dicit.

AMPLIVS qui ita dicunt scientiam e medio tollunt, non enim fieri potest ut quicquam sciatur ante quam sit ad indiuidua profectum.

Non de scire nostro seu quod habemus, intelligitur hæc ra-

tio, sed de scire simpliciter & absolutè, quod docuit, in libris Post. quod scire breui sermone explicat, non fieri posse dicens, ut quicquam sciatur, antequā ad indiuidua accedamus, licet. n. nullus accederet, isto tamen modo scia est, nec secus esse potest, quoniam sicut per formam res habet esse, sic & per formam necessario cognoscitur & scitur. Adducto ergo ex formarum infinitate inconuenienti statim probationem consequentiæ subnexuit, Sed quid per indiuidua intelligat Arist. diuersimode exponitur S. T. tripliciter exponit. Nam cum indiuidua dicantur, quæ diuidi nequeunt, quod indiuisibile est quadrifariam esse potest, primo quod nullis differentiis essentialibus & accedentalibus est diuisibile ut singulare, nihil enim diuiditur per differentiam, qua in esse constituitur, cum autem in singulari sit natura specifica indiuidua, essentialibus differentiis diuidi non potest, & cum singulare in esse singularitatis constituatur, per differentias accidentales, quamuis singulari sint essentiales, ponerentur enim in eius definitione si definiretur, ideo non diuiditur per differentias accidētales, & sic singulare remanet penitus indiuisibile. Species autem specialissima, cum constituatur differentia essentiali ultima, non poterit diuidi per differentias essentiales, sua tamē potestate, qua continet indiuidua quæ non distinguuntur ab inuicem sub eadē specie nisi accidentalibus differentiis ex materia prouenientibus, diuiditur, quibus sublatis cū materia oīum indiuiduorum formæ in unum redirent, ut docuit Comen. d. d. prima in Sol. dubii. 8. quia pluralitas materialis seu diuisio sequitur unum in forma ratione materiæ. Et est sententia Platonis ponentis omnium indiuiduorum eiusdē speciei unā tantum ideam, diuisibilis ergo est species accidentalibus differentiis, Verū quia diuisio cū sit distinctio per partes, & partes in aliquo continentur dupliciter actualiter. s. & uirtualiter, ideo diuisio & indiuisio duplex erit. s. uel per partes actualiter contentas uel uirtualiter. Et quia species specialissimæ constituuntur per ultimas differentias in genere ultimo uirtualiter contentas, ideo, ut diximus, species specialissimæ remanent per differentias essentiales indiuisibiles, & indiuiduæ dicuntur, Genus uero quanto inferius est, eo plus habet actualitatis, & minus potentialitatis, & quia ratione potentialitatis plura continet, diuiditur in plures differentias uirtualiter contentas, quo uero erit superius, eo plus potentialitatis habebit, & minus actualitatis, ita ut deueniēdum sit ad genus generalissimū, quod cum non habeat aliquid supra se, non constituitur ex genere &

differẽtia, secundum uero genus constituitur p unũ genus tantum & unam tantum differentiam, quatenus species uno genere tantum constituta, ideo genus generalissimum remanet in diuisibile quo ad partes actuales, & maxime diuisibile quo ad partes potentiales, remanet ergo indiuiduum quo ad partes actuales ut species specialissima, quo ad partes potentiales. Exponit ergo. B. T. pro specialissima specie primo dicendo non est scire antequam ad indiuidua, hoc est ad speciem specialissimam perueniatur. Nam cum rem in genere cognoscimus, confuse cognoscimus, quod scire proprie non est. Secundo exponit pro genere generalissimo quod ẽ indiuiduum diuisione actuali dicendo, non ẽ scire antequam ad indiuidua, hoc est ad genus generalissimum, deueniatur. Definitum enim in partes definitionis, quas genus generalissimum non habet, diuiditur. Et erit sensus, non scimus aliquid per definitionem nisi perueniamus ad suprema indiuisibilia, quibus ignoratis & posteriora ignorantur. At si hoc pacto sumamus indiuidua, erit dicendum. Non est possibile scire antequam ad indiuidua, hoc est antequam ad genus generalissimum & ad speciem specialissimã seu ultimam & indiuisibilem differentiam deueniatur, quoniã medium in demostratione est definitio, definitio autem a prima potentia usq; ad ultimum actum cuncta complectitur, secus enim non ẽ bona definitio, ideo in plurali indiuidua dixit ut non unum, sed utrunq; intelligeremus, genus scilicet primum & differentiam ultimã, per quam species indiuidua redditur. At si daretur infinitas in formis, nec genus generalissimum esset, nec ultima ulla esset differentia. Tertio exponit pro propositione immediata. Scire enim habetur per demostrationem propter quid, talis autem demonstratio constituitur ex primis & immediatis. Si itaq; definitiones in infinitum abirent, nunquam erit deueniendum ad propositionem immediatam, & sic tollitur scire, quod erat probandum. Hæc expositio est etiam Michaelis, inquit enim, indiuidua autem appellat, quæ sine medio sunt, paratur enim scientia ex his quæ sine medio sunt, ut habetur in posterioribus resolutoriis, eodem quoque modo exponit Asclepius, indiuidua autem propositio dicitur, eo q; in subiecto non est pars per quam prædicatum in esse subiecto probari possit, ideo dicitur prædicatum indiuisibiliter inhærere subiecto. Exponit secundo Michael pro singulari indiuiduum, quia tunc ueram scientiam habemus, quando cuncta, quæ

omnibus singularibus communiter in sunt cognoscimus, & si ponamus definitiones infinitas, nunquam poterimus deuenire ad indiuidua, hoc est singularia, ita ut cũcta quæ communiter in sunt singularibus cognoscamus, & sic destruetur sciẽtia. Sed hæc minus ceteris ualet, quia deuenire ad ea quæ communiter omnibus singularibus insunt, ẽ deuenire ad speciẽ specialissimã & ad proprias passiones speciei specialissimæ quæ omnibus cõtentis sub specie insunt. Comen. autem quamuis Arabs, hanc particulam rectius quam latini & græci continuat, & exponit, Non enim aliam rationem eẽ uult, sed prioris rationis complementum. Nam, ut inquit, cum priori textu probasset nõ procedi in infinitum supposita postrema forma, & ultima differentia, & declarauit necesse esse, ut prima forma sit in re definita, & ꝙ impossibile ẽ formam procedere de inferiori ad superius in infinitũ, hic ideo ponit primũ superius eẽ & declarat posterius esse. Et hoc pacto probat in formis non procedi posse in infinitũ neq; sursum neq; deorsum, & sic intelligit per indiuidua posteriorem formam & postremam differentiam quam ascendendo præsupposuisse Arist. dicit, & est recta & breuis expositio. Ad maiorem tamen declarationem, huius & prioris particulæ sententias complectitur dicens, cum posuerimus postremũ non eẽ, & primum esse, & ẽ sensus huius particulæ, destruitur scientia definitionis, quæ ẽ secundum dissolutionem, sicut destruitur scientia definitionum, quæ fiunt per compositionẽ, quum posuerimus postremum eẽ & primum non eẽ, & est sensus prioris textus. Quibus uerbis apertissime fateri uidetur resolutionẽ fieri a superiori ad suum inferius, compositionem uero contra, ab inferiori ad suũ superius. ioannes Gandauẽ. nõ aduertens uerba Comen. sed uulgarem modum dicendi, notat Comen. hoc loco dicere duplicẽ esse modum definiendi, unum resolutorium, qui est ab inferiori ad suum superius, alterum compositiuum, qui est a superiori ad suum inferius, cuius oppositum ut patet, dicit Comen. quod tamen oppositum affirmat quin. Metaphysi. 23. exponendo particulam. T. arabici, quæ ita se habet. Et secundum hunc modũ dicimus unum post aliud, donec perueniamus in hoc, quod impossibile est ut post ipsum sit aliud. Glosat Comẽ. i. Et sic dicentes unũ post aliud secundum dissolutionem. s. incipiendo a posteriori, & perueniendo ad primum principium in cognitione. Et sequitur exponens aliam partem, quæ est motus qui est ex hoc est actu & c. i. Deinde motus, qui incipit ab ultimo, qui

est in

est in dissolutione & e compositio: Ecce oppositum eius quod hoc loco affirmat. D.M. Zimara in concordantiis adducit cõtrouersiam inter Plusquam Comen. in primo Techni & Calculatorẽ differentia. 8. plusquam Comen. affirmat resolutionem fieri a superiori ad suum inferius, contra uero conciliator, Ipse uero, ut inquit, tenet uiam mediam & distinguit resolutionem. Alia, inquit est, secundum rationem, alia secundũ naturam. Secundũ rationem procedit a causa ad effectum, ut. d. plusquam Comen. quod declarat primo ex definitione resolutiõis posita a Themistio primo Post. c. 26. inquit. n. Resoluere appello uera conclusione posita causas ex quibus ẽ cõfecta cõclusio, exquirere. igitur resolutio ẽ a causa super effectum, Secũdo probat ex titulo libri. Post. Appellatur enim liber resolutorius, cuius quidem principale subiectũ ẽ demostratio propter quid, talis autem procedit ex primis ĩmediatis & causis necessariis &c. Et cum unumquodque denominetur a nobiliori, sequitur propter processum a causis, qui fit in demostratione propter quid, quæ principale subiectum ẽ, librum Post. Resolutorium denominari. Scire enim simpliciter, quod quo pacto acquiratur, docetur in libro Post. ẽ rem per causam cognoscere, quod in primo Phisyc. summitur. Tunc enim arbitramur cognoscere cum causas cognoscimus. Tertio probat ex sciẽtiis Math. in quibus perfectissima & resoluta habetur cognitio, & tamen in his non proceditur ab effectu ad causam, sed a causa ad affectum. Resolutio uero secundum uaturam bene fit ab effectu ad causam, ut cum mixta in elementa natura resoluit & elementa in materiam & formam. Concordat autem dicta Comen. dicendo Comen. in hoc loco loqui de resolutione secundum rationẽ. Sexto autem Metahp. loqui de dissolutione, quæ fit a natura attendendo id quod ẽ a natura, nõ autem a ratione: Vltimo comprobat dictam distinctionem sententia. B.T. qui eã ponit. 2. Meta. supra T. c. 2. Sed Marcus Zimara grauiter deceptus ẽ. Et primo. B.T. cuius dicto eius sententiam cõprobat, licet illam diuisionem ponat, resolutionem tamen secundum rationem fieri docet ab inferiori ad suum superius & compositionem a superiori ad suum inferius, comparat enim ibi speciem ad genera secundum rationem cum mixto ad elementa secundum naturam, & sicut natura resoluit mixtũ i elemẽta, exquibus natura mixtũ cõponit, sic & rõ resoluit speciẽ i genera, & differentias, ex quibus ratio speciem componit, ut ex

H

presse apparet ex dictis ipsius. S.T. Nam hoc pacto, ut declarat S.T. effectus rationis est ipsa species, ex qua procedit resoluendo in sua genera & differentias, sicut effectus naturæ est mixtũ ex quo procedit resoluendo in sua elementa, quæ sunt ipsius principia, quemadmodum & genera principia sunt speciei, ex quibus speciem componit ratio, igitur resolutio ex dicto S.T. secũdũ rõnẽ ẽ ab effectu ad causas, ab inferiori ad suũ superius sicut & secundum naturã. Nec secus sentit Themi. ex definitione resolutionis cum dixit, posita conclusione uera exquirere causas ẽ resoluere, sic utiq; resoluere erit a conclusione ad causas, Et cum dixit ex quibus causis ẽ confecta conclusio, expresse affirmat cõpositionẽ esse a causis ad conclusionem. Conficere enim componere est, & non resoluere, & profecto nescio quo pacto tam manifeste se ipsum deceperit. In Theo. uero. 59. eodẽ fere modo uidetur soluere nisi q̃ uariat diuisionem resolutionis secũdũ rõnem ĩ speculatiuis .s. & ĩ practicis, in speculatiuis ẽ, inquit, progressus resolutorius a superiori ad suum inferius, & a causa ad effectum, in practicis uero resoluere incipit ab eo quod ẽ posterius secundum esse, quia in agibilibus finis est in opere, principium uero in cognitione, cum autem procedimus in factione ab illo ultimo quod ẽ finis in cognitione, & primum in factione ẽ processus compositiuus, ut inquit Comen. 6. M. 23. Et hanc .d. eẽ solutionem tam arduæ difficultatis quã multi ante ipsum non potuerũt intelligere. Ex his autem quæ supra diximus, satis constat ipsum non intellexisse. S.T. nec minus Themistium, cum tamen ita apertissime loquantur, ut ab omnibus intelligi possint: Proterea rectius nos ad mentem ipsorum absq; iactantia dicamus, q̃ cum resolutio & compositio non sit nisi ratione partium, & partes in toto cõtineantur dupliciter uirtualiter .s. & actualiter, necesse est duplicem esse compositionẽ, & duplicẽ resolutionem uirtualem .s. & actualẽ. Et ut ráq; docuit. S.T. ubi supra loco allegato. inquit .n. Oritur autẽ hæc difficultas propter duas diuisiones rationis, quarum una ẽ secundum quam genera diuidimus in species, alia uero secundum quam species resoluimus in genera, semper autẽ uidetur illud quod est ultimus terminus diuisionis, esse primum principium & elementum in componendo, certum est autem species uirtualiter contineri in genere, & cum diuiditur seu resoluitur per species genus, per partes uirtualiter, diuiditur cũ uero ultima differẽtia, quæ est speciei specialissimæ, sit ulti

mus terminus diuisionis uirtualis, oportet dicere ultimam differentiã eẽ primum principium & elementum primum cõpositionis ipsius generis. Et similiter dicendum ẽ de continẽtia actuali, genera & differentiã actualiter continẽtur in specie, ideo cum diuidimus speciẽ in genera, & differẽtias, ẽ diuisio per partes actualiter cõtentas, ideo genus generalissimũ ẽ primũ principium ut primum elemẽtum compositionis speciei. Resolutio ergo rationis per partes actuales ẽ ab inferiori ad suum superius ascendẽdo, & compositio ab ipso superiori ad suum inferius. Resolutio uero in partes uirtuales ecõtra a superiori ad inferius, compositio autem ab inferiori ad superius, cum ergo dicit Comen. cũ posuerimus primum esse, quod prius esse dixit, cum tale diuidatur in partes uirtualiter contẽtas, & postremũ dixerimus nõ eẽ, qđ ẽ, ut prius dixit, ultima forma & ultima differentia, cum definitio sit terminatio per ultimam differentiam, necessario destruetur definitio, quæ ẽ per diuisionẽ, quoniam genus ẽ, quod semper diuiditur quousq; deueniamus ad ultimam differentiam, Contra uero si posuerimus postremum eẽ & primũ non eẽ, quod ẽ genus, quod est terminus resolutionis partium actualiter contentarum in specie, & primum principium compositionis, necessario destruetur definitio, quæ est per compositionem. Et ex his exponit hos duos Tex. ut patet intuenti, & uult Arist. in priori T. præsupposito postremo esse arguere primũ esse, quod si non esset, profectione in infinitũ destrueretur definitio, quæ fit per compositionem seu quam componendo formamus, cõtra uero si primum .s. genus ponamus & postremum nõ, & est expositio huius Tex. in quo dicitur nõ fieri posse quicquam sciri antequã sit ad indiuidua profectũ. Si itaq; nõ essent indiuidua quæ sunt ultimæ differẽtiæ, destruetur, inquit, definitio quæ ẽ per resolutionẽ, diuidendo enim genus quod primum ponimus deueniemus ad indiuidua .s. ad ultimas differẽtias, & ita destruetur scientia quæ habetur per definitiones, quæ sunt media in demostratione. Definitiones enĩ diuidendo genera cõponuntur. Et licet Aristo. sententia fuerit definitiones fieri per compositionem, nõ tamẽ negauit fieri per diuisionem cum ipse semper diuidendo definitiones inquirat, sed uult propriã cõstitutionẽ definitionis eẽ cõpositionẽ, quoniam diuidimus, ut componamus, & non componimus ut diuidamus, & sicut prima compositio definitionis ẽ a superiori ad inferius, ita & resolutio prima definitionis ẽ ab inferiori ad

superius. Et hoc ē q̄ de forma rationem hanc faciens incepit di cens. At uero neq̄ quiditas in aliam definitionem abundante ratione, & resolutionem intellexit, hominis. n. quiditas ē animal rationale, quæ resoluitur in definitionem aīalis, & sic procedendo usq̄ ad genus generalissimum, quod ratione nō abundat, ut diximus, Hanc autem resolutionem actualem explicat Coment. 6. M. 23. cum dicit. Et sic dicimus unum post aliud secundum dissolutionem. s. incipiendo a posteriori perueniemus ad primum principium in cognitione. Certum est enim prius actualiter contineri in posteriori, & sic dissoluēdo per partes actualiter contentas, deueniemus in illud quod ē principium cognitionis, a quo incipiendo cognitionem nostram deueniemus per partes uirtualiter cōtentas in illud, quod ē terminus cognitionis, qui quidē ē species specialissima, quæ ē indiuidua. Hoc autem loco tangit Comē. resolutionem, quæ ē per partes uirtualiter cōtētas, quæ ē a superiori ad suū iferius, quod quidē superius ē primum in cognitione, & hanc uirtualē dissolutionē habet expresse. S. T. in hoc libro supra. T. primo particula. 5. ubi dicit Aristoteles. Habere autem totum, & partem non habere difficultatem eius ostendit, inquit. n. duplex est uia procedendi ad cognitionem ueritatis, una quidem per modum resolutionis secundum quam procedimus a compositis ad simplicia, & a toto ad partes, & accipit totum & cōpositum ex partibus uirtualiter contentis, ut ipsemet declarans sequitur dicens. Sicut dicitur primo Ph. t. c. 4. confusa esse prius nota nobis. Et in hac uia perficitur cognitio ueritatis quando peruenitur ad singulares partes distincte cognoscendas. Alia uia est compositionis per quam procedimus a simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio ueritatis, cum peruenitur ad totum, & intelligit per simplicia species, quæ partes potentiales non habent, & talis est processus ab inferiori ad suum superius, ut patet. Et propterea dicimus processum a natura ad effectum esse processum compositiuum, quia, causæ aut sunt intrinsecæ, ut materia forma & finis, ut coīcidit cum forma, aut extrinsecæ ut agens & finis extrinsecus, & quia effectus est compositus ex causis intrinsecis, ideo processus ex his erit processus ex componentibus ad compositum ideo erit processus compositiuus, si uero loquemur de causis extrinsecis, aut coincidit i idem specie uniuoca, aut analogica quocunq̄ modo concurret ad compositionem cōpositi effectiue, si uero de fine extrinseco dicatur,

finis talis ut in intentione,iam dicit compositionem cum effectu,si i executione trahit efficiens ad suũ esse,quod in esse cõpositi cosistit,ideo semper a causa ad effectum erit processus compositiuus igitur ab effectu ad causam erit processus resolutiuus tam in practicis q̃ iu speculatiuis,& hoc est quod.6.M.23.dicitur intelligentiam artificis resolutoriam esse,quia ab effectu incipit,factio uero est compositiua,quia a causa incipit,nec huic contrariatur Comen. cum loquatur hoc loco de definitione quæ per diuisionem generis in partes uirtualiter contentas cõponitur.dicimus enim hominem esse substantiam corpoream, animatam &c.propter quod,ut diximus diuidendo componimus,ideo quæ dicit hoc loco Comen.nihil ad id,Vtrum .s. processus a cā ad effectum sit compositiuus aut resolutiuus, agit enim hic de constitutione definitionis.Sed quare liber Post.resolotorius appelletur hoc non debet arguere processum a causa ad effectum,qui in libro Post.docetur, esse resolutoriũ, quia ét liber priorum resolutorius dicitur, & tamen in libro priorum non docetur processus a causa ad effectum.Sed uterq; liber dicitur resolutorius a fine & est unus liber resolutorius, qui diuiditur in prioré & posterioré,quia i libro priorũ docet nos Arist. formare syllogismos i libro uero Post.docet nos syllogismũ demostratiuum facere,ut scire sciamus.Scire autem resolute é scire perfecte,scire autem per syllogismũ non est scire perfecte,sed scire per syllogimũ demõstratiuum,scire autem per talem syllogismum est scire per definitionem, quoniam definitio medium é in demonstratione demostratio.n.est explicatio definitionis,sicut definitio est explicatio definiti,in quo oīa cõtinẽtur de quibus est,& potest esse dubitatio .Et hoc est ꝙ uera atq; perfecta definitio soluit omnes dubitationes quæ explicantur per demostrationem,ideo Arist.4.Ph.t.c.3.uolens locum definire inquit,oportet autem tractare intentionem sic fieri ut quicquid sit reddatur,& quæcunq; opponũtur soluantur, & quæ uidentur inesse inerunt,& amplius discholiæ causa & oppositorũ ipsorum erit manifesta, sic enim itaq; pulcherrime demostratur unumquodq;.Definitio ergo é qua unumquodq; demostratur & syllogismus demostratiuus dicitur propter definitionem oīa demonstrantem, & resolutorius quia habet per definitionem resoluentem oés dubitationes,explicare quod est perfecte scire.Et cum dicat ibi, tria esse de necessitate definitionis, quorum primum est, ut per illam dissoluantur quæstiones accidentes in

eo, reliqua duo sunt eadem aut cōsequentia necessario.s.ut appareat cā accidentium sensibilium in eo, & q ex definitione data appareat difficultas accidens in hoc, Ideo ex dictis eius apparet, scientiam quæ est per causas extrinsecas & per propriam naturam definiti, esse resolutoriam, non q processus sit resolutorius, ut.s.soluatur causa in effectum, cum hoc ad sensum falsum sit, quia effectus resoluitur in causas ex quibus componitur, sed quia per definitionem, qua soluuntur omnes dubitationes, habetur, cum perfecte atq resolute hoc pacto sciatur, sed ad rem nostram redeamus sequitur autem in eodem Tex.

COGNITIOQVE esse nō potest, qui namq fieri potest ut ea quæ hoc pacto infinita sunt intelligantur.

Latini uolunt Arist. hac particula tertiam rationem adducere, quæ non modo scire: quod est perfecte cognoscere, sed & quocunq modo cognoscere destruūt ponentes profectionem infinitam fieri in formis. Sed nē est ita. Esto.n.q causæ essent infinitæ, si earum unam aut alteram quis cognosceret, imperfecte sciret, sicut & modo cognoscimus quidem imperfecte eo q non omnia genera, non omnes differentias hēamus, licet finitæ sint. Et propterea diximus in prīcipio huius.T. ipsum loqui de scire secundum se, & in hac particula confirmatur ratio, quia actu nō possumus infinita pertransire, sicut nec diuisiones lineæ quā uis nō sint lineæ sectiones, ut formæ, & hoc ē qd sequitur dicēs.

NON enim simile est in linea ubi in diuisionibus qui dē non statur, non fit autem ut intelligamus nisi diuisioni modum ponamus. Quo circa diuisiones non numerabit qui infinitum transit.

Cum formæ in eo cuius sunt formæ actu necesse ē ut sint, ut hō actu quidē necesse ē, ut uegetatiuus sit, actu sensitiuus actuq intellectiuus, si formæ infinitæ essent, actu quidē eēnt, & non potentia sectiones autem in linea non actu quidem sunt sed potentia ideo inquit., Non simile est in linea ubi in diuisionibus non statur, scimus utiq lineam ad cuius cognitionem non est necesse ut sciamus omnes potentiales sectiones, quia sunt in potentia, at formæ in composito quia sunt in actu necesse est si rē scire uolumus ut omnes enumeremus. Verum cum infinitum pertransiri non possit, nec sectiones ipsas possumus cognoscere procedendo in infinitum, sed cognoscemus quidem si diuiden

do ftemus,ut diuidendo in partes centum, aut sexcentas partes & ultro non progrediamur, & ratio est, nõ enumerare potest infinita trãsés actu, ita nec si infinitæ formæ fuerint cum actu, sint, & actu ad perfectam cognitionem scire necesse sit, destrueretur scientia simpliciter dicta si formæ infinitæ fuerint, finitas ergo eas necesse est, seu finitas actu unius eiusdemq; formæ perfectiones. Deinde cum dicit.

QVIN etiam materia hoc ipso quod mouetur intelligatur necesse est.

Latini uolunt hac particula quartã rationem Arist. adducere, sed satis dure rationem deducunt ut patet intuẽti, per oppositam enim materiam uolunt Arist. probare formam finitam esse, infinitum enim finito opponitur, Nihil uero opponitur ipsi esse, igitur si de rõne infiniti est esse, nihil de ratione finiti erit, si ergo materia opponatur formæ, & materiæ competat infinitas, necessario finitas competet formæ. igitur in formis non erit processus in infinitum, dicit ergo in omni, quod mouetur cum tale sit compositum ex materia & forma, necesse est materiam intelligere, nam sicut mouere ẽ per formam, ita moueri per materiã, & cũ nõ esse sit per materiã, materia. n. ĩfinita ẽ, cũ ex se nullam habeat formã, igitur per oppositum cum eẽ sit per formã, finita erit, Notant tamẽ nõ esse, qđ est priuationis, nõ eẽ de ratione materiæ, non enim priuatio est de rõne materiæ, hoc enim impugnatur ab Arist. ueluti a Platone non recte dictum primo Ph. t. c. 66. Ens tamen in potentia, non habet rationem infiniti, nisi secundum q; est sub ratione priuationis: ut dicitur 3. Ph. 57. Græcorum tamen alia ẽ sententia, uult. n. Michael, per materiæ cognitionẽ, quam habemus, Arist. arguere, infinitum cognosci non posse: ut in. T. præcedenti dixerat, materia enim ẽ infinita, quia esse ei non competit. Et quia ẽ infinita, nõ cognoscitur, sed si cognoscitur, aliquo moto cognoscitur: transmutatio enim fecit cognoscere materiam, ut operatio formam. Et ẽ sententia Platonis & Arist. Dicebat enim Plato, materiam spuria, & nõ propria cognitione cognosci. Arist. uero sola negatione, aut analogia, contra quorum sententiam dixit Them. indigressione prrimi Ph. ubi dicit, materiam in prima notione posse cognosci per se, quod si uerum esset, male dixisset Arist. materiam analogia aut sola negatione cognosci. propter quod ponens differentiam inter materiam & formam. 7. M. t. c. 4. inquit

materia ē hoc aliquid potestate tantum, forma est hoc aliquid separabilis secundum rationem. At si materia posset in prima notione cognosci, separabilis esset secundum rationem. At si dicatur, ipsam esse ratione separabilem in prima, & non in secunda notione, nihil diceret Aristo. distinguens formam a materia, per separabilitatem formæ a materia secundum rationem, quia forma & ipsa in secunda notione non ē separabilis. sunt enim inuicem relatiuæ: ut primo Ph. habetur. igitur si forma separabilis est secundum rationem, erit separabilis in prima notione, & si materia esset separabilis in prima notione conueniret in hoc cum forma. & cum materia in hoc differat a forma, cum dixerit Arist. Materia ē hoc aliquid potestate tantum, & forma ratione separabilis hoc aliquid, & sic cū materiā contra formam per potestatem describens, in secunda notione describens, uidetur nolle haberi a nobis ī prīa notione, sicut habetur forma. Quapropter Themistius aduersatur Arist. quinimmo & materiæ cognitioni. Nam & ipse uolens eam in prima notione describere, dicebat eam hoc nomine subiecti magis notificari in prima notione, quam hoc nomine materiæ, quia subiectum respectum quidem dicit, & ex consequenti in secunda notione describitur, uerum quia respectū dicit ad præsentē formam, ad quam non habet potentia, ut hoc nomen materia, quod dicit respectum ad futuram formā atq; potētiam, & ad suam naturam potentiam non dicit, cum ipsa sibi ipsi præsens sit, sicut unumquodq;, potius subiectum quam materiam dici uolebat, sed de hoc alias diximus. Satis ē ex hoc etiam loco haberi Themistii sententiam ad mentem Arist. nō esse: cum dicat expresse, moto aliquo cognoscibilem esse. Et ferme est quod in priori libro. s. primo Ph. docuit. dicebat. n. materiam analogia cognosci, ratione formæ: hoc pacto, ut lignum se habet ad scānum, ita materia ad formam. & ratione subiecti in mutatione analogia similiter cognoscitur, ut. n. se habet subiectum ī actu, ad motum accidentalē, ita materia ad transmutationem substantialem. hoc ergo ē quod hoc loco dicit. Materia moto aliquo cognoscitur. Legit autem Michael T. primo sic, materia eo ipso ꝙ mouetur. cognoscitur, secundo sic, materia in ipso quod mouetur cognoscitur & ē idē sensus. Sed sine præpositione habetur sensus minus ambiguus, & uidetur rationē cognoscendi materiam mutationē eē, cum præpositione uero, in, idē potest intelligi, & potest intelligi, ut latini, materia in re quæ mouetur

materiā

necessario intelligitur. Tertio autē legit,ut quidem sic,materiā mobilem intelligi necesse est, & explicat materiam ideo mobilem dici,quia cum formam propriam non habeat,formam tamen cum semper habeat,infinita quadam mutatione intelligitur:cum semper mutatione alia atq; alia, aliam & aliam formam accipit in infinitum, quemadmodum & lineæ sectiones fiunt,sed melior atq; limpidior Tex.ē quem legit Michael,& Argyropolus.Deinde de infinito uniuersaliter loquitur Arist.ut notificet infinitum cognosci non posse,& si cognoscitur quatenus cognoscitur,infinitum non ē.inquit ergo.

ATQVE infiniti nullius est esse,quod si ita non est infiniti esse infinitum non est.

Hanc particulā declarant Michael & Asclepius dicentes, ut enim in libro Post.declaratum est, aliud est animal & animalis esse,animal enim & omne cōpositum ex materia & forma ē, esse uero non est cōpositū,sed simplex & forma ē.In rebus autē incompositis ē idem res ipsa & esse ipsius.idem enim est anima, & esse aiæ. Si igitur supposuerimus dicētes infinito eē,ipsi formam adiungemus,forma autem terminus est,ideo finitum erit & non infinitum.Et hoc est quod dicit,infinito non est esse,seu infiniti nullius ē esse,per quod habetur nullum actu infinitum esse.uel nulla res est,cui ratio infiniti conuenire possit, quum nulla res actu infinita sit.Si autem non ita fuerit .s. infinito esse non conuenire,imo dixeris infinito esse conuenire,esse ipsum quod ipsi conuenit,non ē infinitum,quinimo & infinitum,per ipsum esse,finitum erit:esse nāq; necessario finitum est.Hæc autē materiæ,de qua loquutus est,congruunt,ipsa enim cum nullam formam habeat ex se,ex se infinita est,ubi formā habuerit, & esse limitatur & finitur,non q; ipsa finita sit,sed per esse & formam finitur:& per finitum,quod non est ipsa,cognoscitur, sic & de infinito habetur cognitio per rationem negatiuam eius quod cognoscitur. Dicimus.n. infinitum est, cuius nulla pars accipi potest,quin alia accipienda remaneat, ex quo scimus, & demostratiue ferme ipsum coguosci non posse,illud enim compræhendi non potest,cuius quacunq; parte accepta adhuc semper alia atq; alia accipienda remanet,sed infinitum ē huiusmodi,igitur.Et ē doctrina Arist. 5.Metaph.de accidēte per accidēs. Illud utiq; sciri potest, quod causam uel causas determinatas habet,accidens per accidens causas determinatas nō habet, igi-

tur accidens per accidens sciri non potest.sic.n.5. Metaph.accidentis per accidens natura inuestigata argumentatur Arist.Et hoc uoluit dicere Michael & Asclepius,cum dicit rationem infiniti eandem non esse cum infinito:quoniam ratio,per quam cognoscimus infinitum,é finita:secus enim nihil dicunt. Reliquum erat ut de causa agente idem probaret,cum nihil iuxta græcorum expositionem de ea dixerit Arist.Sed hanc obiectionem soluunt, dicentes Arist. prætermisisse, ueluti ex his quæ de cæteris causis dixerat manifestum.Certum enim é causam agentem finitam esse,si effectus finiti sunt.sed,horum græcorum uenia dixerim non recte dici eam prætermissam esse. Nam cum proposuerit.t.c.5.causas non procedere in infinitum,simul materialem & agentem proposuit,quasi simul esset causa materialis & agens.Nam si ex materia non potest educi in infinitum,ut ex materia materia educatur,cum eductio non sit nisi per agés, idem profecto de agente,ut aliud ab alio educatur,dicédũ erit. Ideo rectius é,ut latini dicunt.t.c.5.non uniuersalem rationé causarum omnium,sed propriam agentis unde principiũ motus adduxisse ascendendo,& hoc é q per materiam descédendo non procedere in infinitum agentia demonstrauit, & nõ q materiam exempla riter adduxerat ut declarauimus.Coment.auté hunc.T.corruptum habet.Ideo,licet legat ut latini ipsius Tex. principium.tamen,quod deducit, est prorsus oppositum eius quod græci & latini dicunt,scilicet infinitum finito terminari, ipse uero inquit,si infinitum terminatur non finito,sed infinito terminaretur.Sed aliter é ut ponũt latini,materia.n.infinita é, & forma finita terminatur,& infinitum, ut græci exponunt, finita ratione terminamus & cognoscimus.Sequitur postea.

AT qui si infinitæ essent multitudine species causarũ neq hoc pacto rerum profecto consequi cognitionem possemus.Tunc.n.scire arbitramur cum causas cognoscimus fieri autem nequit ut finito tempore id quod finitum é additione pertranseamus.

Duo proposuerat de finitate causarum, neq.s. in directum neq species infinitas esse,primum declarauit,hoc autem.T.alterum explicat.Primo tamé proponit,& eádé adducit rationé,ut enim scientia destrueretur progressione infinita unius causæ in directum siue in superna,siue in inferna procedatur,eo amplius si causarum species infinitæ fuerint, & repetit eam propositio-

nem quā in primo Ph. attulit. Tunc. n. arbitramur unūquodq; cognoscere cum causas cognouerimus. Rerum autem trāsmutabilium, de quibus naturalis philosophus tractat causæ sunt de quibus iam probauerat finitionem in directum. Quas rerū naturalium causas secundo Ph. cuius hic liber est procemium declarabit & quatuor & non plures esse ostendet, ideo eas proponit tanquā naturalis philosophiæ causas infinitas non esse, neq; esse debere, si de rebus naturalibus scientia habeatur. Nempe si infinitæ essent, inanis labor manifestus esset, licet. n. indiuiduæ causæ secundum successionem infinitæ sint, non tamen secundum speciem, & propterea ex cognitione declarat, quoniā illæ ad cognitionem non faciūt, sed istæ. Ideo istæ si infinitæ essent tempore finito, quo res ipsas cognoscimus, impossibile esset nos eas simul comprehendere, eo. n. a supernis intellectibus differimus, q; ipsi nullo tempore sed cuncta simul indiuisibiliq; cognitione percipiunt. contra nos, quibus inest intellectus a corpore dependens, absq; phantasmate & continuo nō cognoscimus, quæ cum tpe, & in tempore fiunt, & propterea intellectionem in tempore fieri necesse ē, finito tamen, itaq; cum infinitum finito tempore concludi non possit, si infinitæ essent causæ, a nobis finito tempore, quo limitatur nostra cognitio, cōprehendi nequirēt. De his autem quatuor causis agit Arist. secūdo Ph. a t. c. 27. usq; ad. 38. dicit autem. t. c. 27. repetens quod hoc loco proponit. Considerandum ē de causis, quæ & quot numero sunt, quoniam. n. sciendi gratia hoc negotium ē, & hoc spectat ad finitatem causarum secundum speciem. Quo ad finitatem uero in directum prosequitur dicens. Scire autem non opinamur antequam unumquodq; accipiamus propter quid unūquodq;, hoc autem ē accipere primam causam, tales autem causas quas probauit finitas necessario esse, ad naturalem philosophum declarare pertinere docet dicēs. Quoniam & nobis hoc faciendū ē, & de generatione & corruptione, & de omni physica mutatione, quatenus sciamus ipsorum principia reducere in ipsa tentemus quæsitum unumquodq;. & in. t. c. 32. Inquit concludens. Causæ quidem igitur hæ & tot sunt ipsæ, i. T. autem. 63. nō plures esse determinat causas, quas hoc loco secundum speciem in infinitum procedere dicit. Et hoc quidem quasi per se proponēs, quæ positurus est in libro cuius est hoc procemium, per accidens probat eas non procedere in infinitum, ut. s. solueret tacitam obiectionem, quæ eē posset ex impossibilitate scientifi-

eæ cognitionis rerum transmutabilium, de quibus naturalis philosophus tractat propter earũ perpetuam uariationem, quarum uarietatum per causam cognosci iá dixerat. Remoto itaq; impedimento essentiali, uolens remouere impedimenta quoq; accidentalia inquit.

AVSCVLTATIONES autem per consuetudines fiunt. Nam ut cõsueuimus sic oportere dici cẽsemus, ut ea, quæ præter illa sunt, non similia, sed ob insolentiam ignota nobis alienaq; magis uidentur. Quod. n. ẽ nobis consuetum id nobis est notum.

Cum ea libenter & quieto animo audiamus, quibus consueuimus, impedimentum graue profecto erit consuetudo. Et ad naturalẽ philosophiam erit indispositus, si quis, quæ falsa sunt, audire consueuerit. Adeo. n. efficax est consuetudo, ut ea quæ cõsueuimus audire adeo firma eẽ uideátur, ut abhorreamus audire pugnãtia ét si uerissima sint, si ergo falsa audire quis assuetus fuerit & quæ uera sunt nũq̃ peperit, quæ uera sunt ueritati similia eẽ nõ uidétur, sed penitus falsa & ĩpossibilia, propterea q; ea tãtũ uera existimat, quæ ex consuetudine uera esse adiudicauit. Veritatem itaq; percipere uolenti uenenum præsentaneum atq; perditissimum consuetudo est. Vt. n. uia a natura indita est ad ueritatem percipiendam, quæ ẽ principiorum aut cognitio aut assensus ubi proposita fuerint, ita ad non admittendam ueritatis cognitionem audiendi ueris principiis opposita cõsuetudo maximum impedimentum est. Id quod legum exemplo arguit Arist. dicens.

QVANTAM autem uim habeant quæ consueta sunt nobis leges ostendunt in quibus circa fabulosa & puerilia cõsuetudo magisquam ueritas potest.

Ex legum consuetudine præfatam sententiam comprobat, ĩ quibus fabulosa & puerilia, inquit, propter consuetudinẽ adeo ualent, ut euidens atq; aperta ipsamet ueritas minime uera existimetur. Si quis. n. homines non ex dentibus serpentum seminatis ortos dixisset, fatidicus, quia sacrilegus, olĩ habitus eẽt, quãquã homines non ex serpentum dentibus, non ex terra, ut Auicẽna putauit, sed hominem ex homine continuo fieri perciperent. Sed ea erat olim ex legibus statutum, & ita uulgatum, ut nihil uerius prædicari posse existimaretur. Eius rei pulcherrimã

rationem adducit Auerroes q. s. complementum hominum nõ est nisi per congregationem, congregatio non fit nisi per bonitatem, ut fint ergo homines boni neceſſarium ẽ potiuſquã ueri, ad ſciendum ueritas neceſſaria eſt, ad congregationem bonitas, ſed hoc propter uulgus, qui ut plurimum ueritate abutitur, paucique ſunt admodum qui intellectuali ratione utantur. Si qui tamen ſunt, hi non modo boni, ſed & ueri ſunt, & ea uera cognoſcunt, quæ bona ſunt, & quæ bona uera, & qui rõnabiliter non minus uera quã bona cognoſcunt, & uera bonitate uera & bona non niſi ueritate bona apud ſe ipſos ſtatuunt. Ideo ut ad bonum opus nullis præmiis alliciuntur, ſic & a malo opere pœnis nullis arcentur, ſed eo ſolo q̃ illud ſua ueritate bonũ, hoc propria falſitate malum, illud aggredi, hoc totis uiribus euitare contendunt Ariſt. ergo cum auditorem naturalis philoſophiæ ueritatis ſibi optat. qui nulla aduerſa ueritatis conſuetudine ſit diſpoſitus, qua conſuetudine legali præſertim explicata ad alia adhuc impedimenta explicanda progreditur dicens.

QVIDAM igitur niſi quiſpiã Mathematice dicat nõ acceptat eos qui dicant.

Non modo conſuetudinem, ſed hanc & priuatam quandam aliquorum naturalem propenſionem accuſat, eãq; impedimento ueritati eſſe affirmat & primo eos adducit, qui demõſtrationibus Mathema. adeo aſſueti ſunt, aut ad Math. natura propenſi & ii ſunt imaginatione potius q̃ intellectu uigent ut nihil uelint accipere niſi more Math. oſtendatur, neſcientes, ut inquit, Coment. ut traditum ẽ in logica duas eſſe demonſtrationes propter quid. ſ. & quia a cauſa ab effectu, hi alieni quidem ſunt, nec apti ad rerum tranſmutabilium, quæ nõ ſemper uera ſunt, ſed ut in pluribus, cognitionem ſuſcipiẽdam. Alios deinde adducit.

QVIDAM niſi per exempla dicantur non approbant.

Ita quidam ſenſibus addicti ſunt, parumq; intellectu ualent, ut niſi rerum ſenſibilium exẽplo manifeſtetur quod dicitur, nõ admittant, adeo ſenſitiua uis aut conſuetudo dominatur in eis.

SVNT & qui poetam teſtem adducendum cenſeant.

Sunt hi, qui plurimum inter poetas uerſantur, & eorũ dictis oblectantur, quiq; conſuetudine aut natura quidẽ cum iudicio careãt, nec rationis alicuius efficaciam intueri poſſunt, an ſit de

monstratiua uel probabilis ratio, proprio iudicio non fidentes, alterius iudicium, non proprium, querunt, poetarum, aut forte uirorum, quos ipsi nulla fortassis ratione probauerint, sententiam propterea quærunt, per poetas autem fortassis theologizātes antiquos intelligit qui philosophiā carminibus tradiderunt. Tales autem non possunt ut inquit Comē. prima pricipia concedere nisi quia famosa sunt. Et propterea si eorum cōtraria famosa fuerint, tanquā falsa prima principia negant, ut illi qui negant impossibile esse aliquid fieri ex nihilo, licet hæc propositio sit ab omnibus concessa. s. impossibile esse magnitudinem ex non magnitudine. Ab omnibus intelligit philosophantibus. nā si simpliciter diceret cum concedant, ut dixit, tales propositiones famosas, famosum quoq; concederent, impossibile. s. esse aliquid ex nihilo fieri. Sed quia apud leges famosum erat oppositū huius principii, ideo hoc principium non concedebant, licet ab omnibus philosophantibus erat concessum, hanc autem propositionem explicat per hoc impossibile est eē magnitudinem a nō magnitudine. Si Mathematice intelligeret, omnis magnitudo ex fluxu pūcti fit, ut imaginātur Math. Si uero naturaliter, fiunt corpora simplicia ex materia & forma, quæ corpora nō sunt, nō tamen ex nihilo, quia ex materia potentia educitur quodcunq; corpus, itelliget ergo per magnitudinē corpus, et erit sensus Auerois. Magnitudinem ex non magnitudine esse impossibile. i. corpus fieri ex non corpore, ergo necessarium ē corpus ex corpore fieri, quia nunquam est materia sine forma, ergo corpus præcedit quodcunq; corpus necessario, quia omnis forma dat eē corporeū, si ergo generatur ignis, fit necessario ex aliquo corpore, ut puta ex aere, aliter fieret, ex materia in qua nulla esset prius forma, quod est impossibile, ergo omne corpus fit ex corpore, hinc processit error æternitatis formæ corporis, uidentes. n. eandem formam secundum genus ingenito & corrupto existimauerunt formam corporis ingenerabilem eē atq; incorruptibilem, ut testatur Aue. in trac. secundo Epitomatis Metaph. ergo cum dicitur ex nihilo non fieri aliquid, non satis est ut dicatur ex materia fieri, sed ex contraria forma, sic. n. incidet in impossibile contra primum principium. s. ex nihilo fieri aliquid, concederet enim ex pura materia sine forma corporeum esse dante præexistente fieri aliquid, & materia hoc pacto cōtineretur sub nihilo, & si quid fieret ex materia tantum, fieret ex nihilo, quoniam materia neq; quid neq; quantum &c. hæc ergo propositio fieri

aliquid ex nihilo intelligitur fieri ex nihilo actu. Duo ergo requiruntur ad hoc ut aliquid non fiat ex nihilo, materia .s. & actus, materia, ne fiat aliquid sine subiecto, actus, ne fiat sine termino a quo i actu, secus siue unu siue ambo deficiat contingeret fieri aliquid ex nihilo, licet non æqualiter seu eadem ratione non solum propter id quod dictum est, sed & quia materia eadem numero requiritur, actus uero non idem numero sed genere idem. Existimare uero actum eundem numero requiri, error est antiquorum, qui etiam a nonnullis modernis philosophis extirpari non potest, reclamantibus Arist. & Comē. cum plus æquo sensu & minus intellectu philosophentur. Et propterea quod hoc loco dicit Comen. potest intelligi de negantibus materiam & actū simul aut de negantibus actum tantūmodo & hi sunt ab una parte extrema. Qui uero admittunt materiam & actū æqualiter & eosdē numero ab altera prorsus extrema parte consistūt, & sicut illi coguntur ponere creationem, sic & isti cogūtur substantialem generationem & formas substantiales negare, ut antiqui, contra quos Arist. & Comen. contra Auicennam sæpius argumentatur. Alteram uero propositionem uidetur ferme pro principio habere .s. Vnumquodq; fieri ex determinata materia atq; propria, & est quæstio de genitis ex putri, Auicēna cōcedebat quæcunq; fieri ex putri materia, quæ & semine, Aueroes contra, quæ ex semine fiunt nequaquā ex putri fieri posse. Ideo Auicennam accusat hoc loco, dicentem hominem ex putri materia generari, ut mures, sed nos in quæstione de genitis ex putri neutrum ipsorum ex diametro contēdentium, sentētiam Arist. habuisse declarauimus.

ATQVE alii quidem omnia exacte dici uolunt.

Plus æquo ingenii acumen habent quidam, ita ut uelint minima quæq; subtiliter exacteq; inquirere atq; rimare, hoc a utem recte quidem, sed non i omnibus. Contra uero alii.

ALIIS autem molestia est exacta doctrina, aut quia assequi nō possunt, aut quasi calculum de rebus exiguis id ipsum existimant. Habet enim tale quid ipsa exacta doctrina quare quibusdam ut in pactis atq; contractibus, sic & in sermonibus diligentia talis illiberale quoddam eē uidetur.

Abhorrēt summam eam diligentiā atq; in sermonibus subtilitatem nonnulli, id quod ex duobus prouenit, uel enim imbel-

les sunt nec subtiles rationes capere possunt, aut quia crassiori Minerua gaudent,& dedignantur,quæcq nimia subtili perscrutatione disquirere,ut contingit in simbolis de obolo quidē rationem habere uelle nonnullos,quo fit ut iure a cæteris tanquā illiberales animi damnētur.Descriptis igitur fere omnibus,quæ per se,& quæ ex accidenti ueritatis cognitionem impedire possent,& præsertim eorū quæ proponere intendebat, uidelicet res ipsas trāsmutabiles, quæ quādocp uere quādocp nō uere sūt,propter uarietatē eorū ex materia & motu puenientē, ut supra īnuerat,ad modum proponēdum,quo talia proprie inquirēda sunt descendere intendens,ex omni sermone quo dignitatem præpositam declarauit deducendo inquit.

IDCIRCO eruditum esse quēcp oportet,quo nam pacto quæcp sunt accipienda,quoniam absurdum est scientiam simul & scientiæ modum quærere,ubi ne alterum quidem consequi facile est.

Vbi adduxit īpedimēta essentialia atcp accidētalia,quæ posset aliquis adducere ad hoc,ut sciæ seu ueritatis agnitionē nō posse haberi probaret,& remouit prorsus essentialia impedimenta ipsa,quibus fieret ueritatis cognitio compræhensione impossibilis. Accidentalia quo pacto remouenda sunt hoc loco docet,& quo pacto sit quiscp disponendus ad quālibet doctrinam suscipiendam,cum non omnis scientia de eisdem pertractet,aut si de eisdem,non tamen eodem modo.Primo ergo hac particula disponit in cōi unumquencp ad unamquancp disciplinam. Secundo priuate ad eam quam principaliter intendebat,& cuius per se pertractanda propositurus erat, & de cuius causis ueluti propositis disputauerat.Eam ergo ad unamquancp doctrinam accipiendam,inquit,dispositionem esse,ut erudiatur quiscp quo nam pacto quæcp acceptanda sunt,cū nō possit unaquæcp eodem modo percipi, sed quatenus scibile unumquodcp est, eo pacto quæri debet ut sciatur,non eodem modo uero omnia posse acquiri iam fere in principio proposuerat, cum dixit quædā esse perpetuæ ueritatis,& horum quædam ex se,quædā ab alio. Quædam deficientia sunt ab huiusmodi ueritatis perpetuitate, ita ut quandocp uera sint,& quandocp non,& demum conclusit ita unumquodcp ad ueritatem se habere sicut ad esse.Et scire res non aliud est q̄ cognoscere quale & quomodo esse habeant,& propterea quæ diuersum modū essendi habēt, diuersum quocp

modum

modum cognoscendi habere necesse est, nã cum unumquodq; per propriam definitionem cognosci habeat per quam eius esse explicatur, si res diuersæ sint ĩ esse, diuersum quoq; definiẽdi modum habet. Hæc est ergo dispositio uniuscuiusq;, ut cognoscat quo nam pacto res, quam notitia scientifica intendit acquirere definiri habeat. Quare autem primo disponi unusquisq; debeat rationabilem causam adducit. Absurdum quidem dicens esse scientiam & sciendi modum simul inquirere. Primo ergo sciendi modus rei statuendus est, dein eius rei scientiam aggredi necesse est, præsertim autem fieri hoc debet cum sit difficile ne alterum quidẽ assequi. Michael autẽ hoc loco innuere Arist. prius unumquemq; eruditum esse in resolutoriis & omnino in logicis exercitatum inquit, ita ut definitionum modos & demõstrationũ rationem, quibus haberi possunt conclusiones, hẽat. Quod utiq; uerum ẽ. Sed non est prætermittendũ quod Comẽ. notauit, de more Arist. seruasse, & hoc loco maxime docuisse, Logicam nanq; distinguit communem aliam de qua Michael, alteram priuatam eẽ, de qua Michael nihil. Communis illa ẽ, qua nos docuit Arist. modos definiendi uniuersales atq; demonstrãdi, ideo omnibus sciẽtiis præponitur, ne modũ sciẽdi cũ sciẽtiis simul inquiramus. Priuata uero est, scientiæ præambula pars, ĩ qua principia subiectum, & priuatus definiendi modus, ut ab aliis scientiis distinguitur ponitur atq; declaratur, quæ omnia de rebus naturalibus in secundo physicorum declaraturus in hoc eius secũdi proœmio non minus diligenter q̃ in eo declarat proponit dicens.

MATHEMATICORVM autem exacta discussio nõ in uniuersis est efflagitanda, sed in his dumtaxat quæ materia uacant.

Volens naturalis philosophiæ priuatam auditoribus eruditionem proponere ab hoc summit exordium, ut licet, Mathematicis disciplinis assueti aut naturalem quandam propensionem habuerint, eam tamen Mathematicorum discussionem non exquirunt in quibusq; disciplinis, sed tantũ in his rebus, quas materia, per quam omnis contingit transmutatio uacare cognouerint. Hoc idem de moribus, qui in humanis actibus uersantur notitiam traditurus, in Ethicis admonuit. Dicebat. n. intentio igitur circa ista uersatur ciuilis quædam cõsideratio existẽs, in qua dici ad sufficientiam putandum erit, si secundum subie-

etam materiam declaretur. Nam certitudo quidem nō eodem modo in omnibus perquirenda est. Hoc autem nulla ratione alia contingit, nisi, quia actus humani uarietati maxime subiiciuntur, ideo de eis certam rationem scientificam atq; infalibilem præstare nequaquam poterat. Et propterea dicebat. Honesta uero & iusta, de quibus ciuilis considerat tantam uarietatē habet & discrepantiam, ut lege dūtaxat, non natura constare uideantur, & ut uarietas in rebus ciuilibus obstat ne certa sciētia atq; inuariabilis certitudo habeatur, ita rerum naturalium uarietas impedimētum affert, ne ea de eis certitudo habeatur, quā de rebus materia carentibus haberi posse cognoscimus, non tamen ea ē rerum naturalium uarietas, ut nullo modo sciētia de eis haberi possit, natura quidem constant non lege, ut ciuilia, ea.n. rerum transmutabilium natura est, ut ī pluribus uera sint, & ut in paucioribus, atq; raro deficiunt, propter quod rebus ciuilibus, res naturales ita præstant, ut illa lege non natura constēt, hæc uero natura nō lege, quapropter naturalium certitudo scientifica est atq; speculatiua, ut in principio dixerat, inferior tamen Mathematica certitudine propter aliqualem ueritatis inconstantiam a materia prouenientem, ideo uniuersalium rerū naturalium habetur scientia singularibus dsficiētibus aut simpliciter aut secundum quid. De rebus itaq; naturalibus tractaturus modum peculiarem, quo scientia de eis habetur proponit dicens,

QVAPROPTER modus ille non naturalis est, uniuersa năq; natura fortasse materiam habet.

Naturalem quidem modum non illum eē affirmat, ad quē modum certissima atq; exacta sequitur notitia atq; discussio qui modus ē eorum quæ materia uacant, hæc autem sunt in duplici differentia, quædam.n. ratione tantum carent materia, ut Mathematicalia, quædam re & non tantum ratione, ut diuina, hæc dixit in principio eē uerissima, sed secundum se, circa quæ si error in cognitione nostra contingit, non ex ipsis est, sed ex nobis, quorum intellectus se habet ad ea, sicut oculus nicticoracis ad lumen solis, in Mathematicis autē nullus error, si ea cognouerimus, in naturalibus uero certitudo scientifica quidem est, quia tamen materiam habent, non eam quam illæ habēt certitudinem retinent. Et hoc est quod dicebat prius non exactam discussionē requiri in omnibus, idem & in Ethicis eius, inquit,

qui eruditur eatenus in uno quoq; genere certitudinem est exigere, quatenus eius natura recipit, nam si modum Mathe. in naturalibus inquireret, simile, ut iquit, uideretur si a Mathematico persuasionem peteret, & ab oratore demonstrationem. Quare cũ modus ille non sit naturalis, non ille expetendus est, sed pro priùs, nec modum illum in materia uacantibus exquiri debere dixit, ut in præsenti rerum diuinarum exquisitio desideraretur quia quæstio de primis causis de rebus ẽ materia uacantibus cum de primis causis parum quidem admodum loquutus eas prætermiserit de quibus nõ erat tracturus, sed ut modũ ꝓpriũ proponeret rerum naturalium, de quarum causis materia, forma, mouente & fine in toto hoc proœmio de industria disputauit, & non de primis causis, quæ materia uacant, non.n. temere tam longo sermone de rerum naturalium causis disseruit, nec ut de materia uacantibus tractaret, sed ut de materiam habentibus modum hunc proponeret, de quo quidem, ut ĩ proœmio modo proposito, pulcherrime atq; exactissime disputat in ipso secundo Phy.a.t.c.16. usque ad.t.c.20. distinguit. n. philosophiam naturalem a Mathematico, ab Astrologo & a cæteris Perspectiua.s.& Armonica, quæ mediæ cum sint, minus tamen habent materiam quã physica, quibus omnibus huic modo proposito diligentissime satisfacit, sicut diligentissime de causis rerum naturalium, tanquã hoc proœmio propositis, tractat ĩ præfato secundo a.t.c.27. usq; ad.38. Inquit ergo modũ illum non naturalem eẽ & subdens rationem uniuersa nãq; natura materiã.d. fortassis habet, & non exactæ certitudinis materia in causa est, & propterea Comen. affirmat demonstrationes Mathematicas eẽ in primo gradu certitudinis & naturales sequi eas in hoc. Et loquitur de certitudine quo ad nos, non quo ad naturã, Metaph. autem ẽ in primo gradu certitudinis cũ sint in primo gradu entitatis ac ueritatis, ut dixit in principio uerissima esse & ex consequenti certissima, sed non quo ad nos, & propterea dixit intellectum nostrum ad ea quæ sunt manifestissima secũdũ naturam se habere, ut oculus uespertilionis ad lumen solis. Naturalis uero ẽ in secundo loco, ut diximus, secundum naturam quia de substãtiis, Mathematica ultimo loco, quia accidentia, quæ ultimũ ĩ entibus locũ possident atq; in ueritate, quo ad nos autem, quoniam intellectus noster est in magnitudine, propter quod merito dubitatur, tertio de aĩa, an possit cognoscere aliqua abstractorum, ideo non potest aliquid intelligere nisi per

conuerſionem ad phantaſmata, quæ fiunt ab his quæ ſenſu ex-trinſeco percipiuntur, ideo certiora ſunt ſenſibilia apud nos ip-ſis inſenſibilibus, uerum quia quæ a naturali philoſopho conſi derantur, cum materia cõſiderantur, materia autem ratione po tentialitatis uarietatis cauſa eſt rerum naturalium, ideo natu-lia non poſſunt habere certam & exactam certitudinem, Ma-thematicalia autem, quia abſq; materia conſiderantur manent ſine uariatione aliqua certiſſima apud nos, trãſeunt enim a ſen ſu exteriori ad imaginationẽ, in quo tranſitu cõueniunt cum rebus naturalibus, propter quod certa ſunt quo ad nos, differũt tamẽ a naturalibus in duobus, primo quia ſunt accidentia, ſecũ do quia ſine materia conſiderantur, a primo habent ꝙ ſint ſub ſtãtiis naturalibus imperfectiora atq; ignobiliora, a ſecundo habẽt ut ipſis rebus atq; ſubſtãtiis naturalibus certitudine præ ſtantiora ſint. Et quia habemus horum demonſtrationes pro-pter quid, aīæ uero quia. Omnes. n. cognoſcũt ſe hẽre animã ex operationibus, ideo & certitudine demonſtrationis Mathemati ca ſcientia excedit etiam ſciam de anima, licet inferior ſubiecto ſit, & ſcientia de anima præſtantior eſt omnibus aliis certitudi-ne & ſubiecto, ſed non certitudine ſolum, ſic. n. ut diximus a Ma thematica deficit, occulta. n. eſt quo ad nos aīa & occulta prin-cipia habet, & a poſteriori, ut cæteræ ſubſtãtiæ abſtractæ, mani-feſtatur, eſto etiam ꝙ ſit in materia & tanquam in materia ha-bens eẽ declaretur, ſubſta ntiæ uero abſtractæ non tanquam in materia exiſtentes declarantur, ſeu dantes eſſe formaliter, ſed ut agentes in materia ueluti corporum æternorum mouentes cau ſæ. Diuerſificari etiã affirmat Comen. naturalẽ a Metaphy. ſimi liter propter materiam, ꝑpter quod & modus naturalis nõ ſo lum differt a M athe. ſed a Metaph. differt tamen in certitudine, quia Mathematica excedit naturalem, quia certior eſt quo ad nos, & quo ad naturam Metaphyſica, uero quo ad naturam tã tum, uerum quia Metaph. pertractat de omnibus ita ut ſenſibi-lia nõ effugiant cõſiderationẽ Metaphyſicalẽ, ideo & Metaph. non abſtrahit a materia, & modus ex conſequẽti naturalis erit & Metaphy. Sed declarat notabiliter ipſe Aueroes differentiam. Et uult naturalia a Metaph. conſiderari ſecundum ea tantũ in quibus cum non admixtis materiæ, de quibus principaliter cõ ſiderat, conueniunt. Et hoc ẽ quod dicit, eã conſiderare in mõ ſecundum quem non comiſcentur cum materia, hoc ẽ ut res na turales potentiã dicũt, ut actum, ut unum, ut multa, ut ſubſtan

tiæ,ut entia,ut accidentia,secundum hæc.n.cum non admixtis cum materia cõuenisit. Sed in duobus ē difficultas,primo quia materiam considerat Metaph.necessario.Nam cum eē nõ hēant res naturales nisi in materia,si considerētur quatenus eē habēt, necessario considerabit ea ut esse habent admixtam materiæ, & ita non ut conueniūt cum non admixtis materiæ. Secundum est de accidente,quod & ipsum connumerat, ut patet, accidens tamen non ē in non admixtis cum materia. Sed dicendum est materiā & ipsum considerare,ut habet conuenientiam cum abstractis ut substātiā,ut ens,ut potentiā &c.eam tamen considerat,prout concurrit ad eē rerum naturalium, sed non ut ad earum eē per trāsmutationem,hæc.n.differentia est inter modū Metaphy.& modum naturalem,ut.6.Metaph. declaratur. Accidens uero cōsideratur a Metaph.quatenus ens,quatenus actus, & ut in abstractis ē,nā si nō uniuoce.analogice tamen admittit Metaph.sed de his loco suo:sed hæc Arist.subticuit innuens tantū ex definiēdi modo differre.s.naturalem a Metaph.propter id quod dixit Mathematicam discussionem non expetendam esse, nisi in his quæ materia uacant,uniuersaliter.n.loquens ut reddat rationem exacte discussionis.Et Metaph.modum uidetur innuisse ratione eorum,quæ in ea principaliter considerantur, & secundum se, ueluti tamen de eis non tractaturus præterit, & ad naturalia trāstulit se ꝑponēs, quæ erat in libro, cuius prooemium dictabat,diligenter tractaturus,& propterea dixit alium modum rerum naturalium,quia materiā uniuersa natura forsan habet. Quare autem forsan dixerit Michael,inquit,propter corpus cœleste quod quidem naturale est,non tamen habet pro subiecto materiam. Idem dicit. S. T. quia non habet materiam quemadmodum hæc inferiora,propterea ꝙ uult in cœlo materiam esse, sed alterius rationis. Et ē sententia Alexandri in quæstionibus naturalibus libro primo iure tamen materiam non dici,sed subiectum, cum formam habeat non transmutabilem,quia non habet contrariam formam, sed ratione motus localis,respectu cuius semper est in potentia secundū partes.materia iure dici potest.Sed si ad locum habet potētiam,materiam necessario habet,quæ est altera pars compositi,quoniam alterā partem compositi diuiso subiecto.7.Metaph.definiuit per non esse quid, neq; quantum,neq; quale,neq; ubi, sed in potētia oīa hæc. Igitur si ibi est potentia ad locū, ibi ē materia,quæ est altera pars cōpositi,non sequitur tamen, si est materia ad locū,ma

teriã generabilẽ & corruptibilẽ, i eo eẽ. Quia ad hoc ut aliquid sit generabile & corruptibile non solũ requiritur materia, sed ut forma cui subest habeat contrariã formã. Sed de his in quæst. de materia cœli, & in libri de substãtia orbis expositione satis diximus, Comẽ. autẽ rectius propter intellectũ dictũ eẽ existimat. Intellectus. n. ẽ de consideratione naturalis quatenus in operari a materialibus seu sensibilibus dependet propter conuersionem ad phantasmata, quibus nobiscum copulatur, iuxta positionẽ suam, & tamen materiam partem sui non habet in eẽ. Arguit tamen contra hoc quod. d. & probat non eẽ secludendã materiam ab intellectu, cum & ipse a materia non secludatur, quia uidetur esse eiusdem conditionis cum cæteris intelligentiis, hac ratione, quia sicut cæteræ intelligentiæ sunt postrema perfectio corporũ cœlestium, sic & hominis postrema perfectio est intellectus, ut ergo illæ sunt in materia ueluti extrema perfectio, sic & intellectus est ĩ materia, ut extrema hominis perfectio, ergo materia est in omni intellectu, & propterea non debuit dicere forte propter intellectum qui non excludit materiam. Et respõdet non minus breuiter quã obscure. Et uidetur concedere hunc & illos intellectus in materia & postremas perfectiones eẽ, sed intellectus noster est postrema perfectio materiæ corruptibilis cũ hõ corruptibilis sit, illæ uero sunt postremæ perfectiones corporum cœlestium, quæ sunt incorruptibilia. & quia sunt postremæ perfectiones respectu operationum, & non in esse, quod est prima perfectio, cum non dependeant in eẽ a materia, neq; hic intellectus dat eẽ, ut dependens in eẽ a corpore humano, nec intelligentiæ dant eẽ corporibus cœlestibus, ut dependentes in eẽ ab ipsis, sed secundas operationes, in quibus dependent & ipsæ a corporibus, cũ corpora talia sint propter formas ut in ipsis earum formarum actiones recipiantur, & propterea formæ quæ non possunt eẽ per se, ut sint, materiam exigunt, ideo in esse a materia dependent, formæ uero quæ per se eẽ possunt non depẽdẽt in eẽ, sed in operari. Noster autẽ intellectus magis depẽdet a corpore, quia dependet in ipso intelligere, illæ uero intelligentiæ non ipso intelligere, sed in ipso mouere tantum, quod ẽ respectu operationis secunda perfectio, non. n. intelligentia est propter cœlum, sed cœlum ẽ propter intelligentiam & sic omnes formæ habent materiam, & sic omnis natura materiam habet, uerum cum loquatur de naturali philosophia quæ formas considerat exigentes, ut in pluribus, materiam in suo eẽ propter

quod constituta per ipsas generabilia & corruptibilia sunt simpliciter uel secúdum quid, & intellectus qui dependet in prima operatione etiam a corpore, ideo de his loquutus dixit. Vniuersa natura fere materiam habet. Quoniam naturalis considerat formas, quæ exigunt materiam generabilem & corruptibilem quo ad suum eẽ, præter intellectum, qui exigit non in esse, sed in operari, quod ẽ intelligere, non de his intellectibus, qui exigunt materiam quo ad mouere tantum, quod non est earum principalis operatio. Sed forte quis diceret, etiam intelligentias intellexisse quæ naturæ dicũtur cum dixit uniuersa natura. Respõdet secundum famositatem hæc inferiora generabilia & corruptibilia seu secundum locum transmutabilia magis natura dici. Ideo de his tantum intellexit, licet illæ intelligentiæ magis secũdum se naturæ sint. Licet auté hæc subtiliter dicta sint, magis tamen alliis placet, ut de corporibus cœlestibus intelligãtur, quæ non habent materiam ex qua generentur, propterea quod de causis rerum naturalium lóqués materiam dixit esse ex qua, licet generentur corpora cœlestia secundum quid, cum localis mutatio non sit substantialis, quod innuit. 7. Metaph. dicẽs. t.c.4. Non.n. necesse si aliquid materiam habet localem hoc & generabile & corruptibile. Quæ.n. differétia simpliciter fieri, & nõ simpliciter, dictum est in Physicis. Possemus etiam dicere naturalem de anima quæ materiam non habet cum sit simplex cõsiderationem habere, est tamen natura quædam prout forma unaquæq; natura nũcupatur. Et hoc est, quod ét dixit in primo primi de Cœlo. Scientia quæ de natura est fere plurima uidetur circa corpora & magnitudines, & horum existens passiones & motus. Certum.n. est ꝙ cum consideret naturalis de anima cũ ipsa corpus non sit, non omnem prorsus philosophiã circa corpora, sed plurimam & eius uniuersaliorem partem uersari. Cum itaq; omnem huius proœmii sermonem ad proponendũ, quæ considerantur in tota philosophia, primo tamen quæ in secundo physicorũ, propter quod cũ modũ proprium naturalis philosophiæ ꝓposuisset, erat ut naturalis philosophiæ subiectũ, & ea quæ a naturali philosopho cõsiderãtur ꝓponeret. Et quia cognitio taliũ a quiditate naturæ maxime depédet. Ideo ex mõ naturalis philosophiæ proprio proposito cõcludit statim dicens.

QVAMOBREM qđ sit natura primũ cõsiderare oportet.

Licet plura in secundo Physicorum considerentur, quæ attri

nent ad logicalem considerationem naturali philosophiæ propriam, omnia tamen a cognitione quiditatis naturæ ita dependent, ut explicata eius quiditate statim inotescere possint. Cũ ergo proposuerit naturalis philosophiæ modum, merito quid primum considerandum sit proponit. Primum ergo quod considerandum inquit, est, quid natura sit. Sunt, & nomine quidem magni uiri, qui, ut hunc, quem iure impugnamus errorem, seruãt, dicant, hoc ad naturalem philosophum tam manifeste attinens primum perscrutandum propositũ quarto M. in quo de natura agitur declarari. Quo profecto in hac re nihil insulsius dici potest. In eo nanq; libro non modo naturæ significata aperiuntur, sed & omnium & quorumcunq; nominum ad primũ philosophum spectantium, quorum nullius alterius considerandum quiditas proponitur cum tamen sint, quæ ad primum philosophum magis quã natura attineant, ut unum, ens, substantia, & alia huiusmodi. Nec hoc loco ea ratione natura proponitur, qua ab altiori philosophia consideratur, eius enim est naturã aut sine motu & materia, aut indifferenter sine motu tamen speculari. Et propterea liber ille huic proximus non ẽ, sed ut uolũt secundus, qui latinis tertius ẽ, cui tertius latinis quartus annectitur, hunc uero, quartus quintus latinis proxime sequitur, in quo non primo, sed extremo fere causarum nominum loco naturæ significata adducuntur. Si autem nominum significata explicare, quid sint illa, quorum sunt nomina perscrutari eẽ uelit, quid sint omnia, quorum significata in eo libro manifestãtur, hoc loco proponere debuisset, aut si illorum omnium aliquod primo, uel hoc loco primo quid principium sit cuius significata primo in eo libro numerantur proposuisset, aut in eo naturæ primo significata exposuisset. Quare quo magis distat id qđ afferunt huic loco perscrutandum proposito respõdens, eo proximius ẽ, quod nos secundo physico inquiri primo diximus, quo fit profecto, ut hoc nostrum proximitate uerius eẽ manifestetur, illud longinquitate falsissimum eẽ cognoscatur, cum satis constet præsertim q̃ dispar illud sit, quod quarto Metaphy. adducitur, quãq; sit ei quod hoc loco proponitur quod nos secundo Phy. positum dicimus esse congruum. Nam cum proponendo quid natura sit primum considerandum proœmiũ hoc conclusisset, statim ab ipsa quid natura sit inquisitione secundũ Phy. exordiens, in. t. c. 3. conclusit naturam eẽ principiũ motus & quietis, deinceps pertractat quid sit habens naturam, & quid

secundũ

secundum naturam. Et quot modis natura dicatur usq; ad.t.c. 15. Et postea de modo proprio considerandi transmutabilia, ut prius diximus, pertractat. Et cũ sint proponenda in proœmiis, quæ consideranda sunt in scientia, cuius sunt proœmia. Ideo quæ consequuntur ad notitiam eius, quid sit natura consequẽter proponit dicens.

HOC enim pacto & quibus de rebus est scientia naturalis Et si unius facultatis an plurium sit causas principiaq; cõtemplari profecto patebit.

Ex his quoq; q̃ maxime huius proœmii ad secundũ Physicorum habetur connexio, atq; ad tam manifestam connexionẽ liuide soluendum nominis naturæ significatorum explicatio illa q̃ ineptissime adducta sit illustre cognoscitur. Non enim ad omne nominis naturæ significatum sequuntur hæc quæ ĩ hac particula adducuntur, sed ad illud solum secundum quod naturam priuate naturalis philosophus contemplatur. Et propterea cum primum perscrutandum quid natura sit cum materia & motu intelligens, ut ex modo proposito deduxit tanquã manifeste sequentia ad quiditatis naturæ sic propositæ cognitionem duo adducit, quorum primum est. Quæ sint consideratio nis naturalis, alterum an sit plurium uel unius scientiæ causas omnes contemplari. At hæc itaq; proponenda, quorum nullũ est Metaphysicum, sed naturale quodcũq; omnem antecessionis in huius proœmii exordio adductæ declaratiuum sermonem direxisse Arist. manifestum ẽ, propter quod non Metaph. ut Asclepius & cæteri expositores omnes, nec ad omnem speculatricem doctrinam ut Alexander ille, sed naturale proœmium hoc iure eẽ determinamus. Hæc autem de quibus naturalis cõtemplatur, & quæ sunt in hoc proœmio proposita in secundo Physicorum ponuntur, atq; diligentissime explicantur ueluti manifeste ad naturæ quiditatem sequentia a.t.c.21.usq; ad.t.c. 26. in quibus locis declarat ad quæ se extendat naturalis consideratio, nam in.t.c.26. inquit. Amplius eorum, quæ sunt, ad aliquid materia est, in alia autẽ specie alia materia usq; ad quãtum, ergo physicum oportet cognoscere speciem & quodquid ẽ aut quemadmodum medicum neruum & fabrum æs usq; quo. Cuius enim causa unumquodq;, & circa hæc, quæ sunt separatæ quidem species in materia, homo enim hominem generat, & sol, omnem utiq; materiam habet considerare naturalis phi

losophus & oẽm materiam ad primã materiam reducere, quia uniuersalitas materiæ non excedit uniuersalitatem rerum trāsmutabilium, sed non omnem formam habet considerare, quia uniuersalitas formæ excedit amplitudinem rerum transmutabilium, ideo status considerationis formarum est forma hominis, quæ est anima intellectiua, de formis autem separabilibus prima philosophia considerat, ideo in eo textu sequitur dicens. Quomodo autē se habeat hæc separabilis, & quid sit philosophiæ primæ est determinare. Ponit etiam in eodem secūdo quæ sunt considerationis scientiæ naturalis non tanquam partes, sed tanquam composita ex his. s. ex materia & forma ueluti manifeste sequens ad definitionem naturæ, ut hoc loco proponitur. t. c. 71. ubi inquit. Et tenetur physicus considerare omnino quæcūq; mota mouent, quæcunq; autem non, non amplius physice sunt, non. n. in se ipsis habentia motū neq; principia motus mouent, sed immobilia sunt. Ex quibus uerbis satis constat ita poni in secūdo physicorum quæ consideranda sunt a philosopho naturali, sicut in hoc loco ꝓponūtur. s. ut manifeste sequentia ad considerationem quid natura sit, non enim potuisset dicere hæc mota mouentia naturalia esse, & esse considerationis naturalis scientiæ, nisi hac ratione, quia in seipsis habētia motum, aut principia motus, & quæ non habent in seipsis talia, non sunt naturalis considerationis, nisi prius naturam diffiniuisset per hoc quod est principium motus & quietis. Ex eo ergo patet, quæ nam sint in scientia naturali consideranda, ut proponitur. Alterum autem quod simili ratione proponit est quod sequitur dicens.

SI unius facultatis, an plurium sit causas & principia contemplari.

Hæc particula causa erroris fuit omnium græcorum & latinorum, existimant enim proponi hoc loco hanc quæstionem. Vtrum unius uel plurium scientiarum sit causas & principia contemplari, & propter hoc continuant hoc procemium tertio Metaph. in quo ponuntur quæstiones propositæ in calce primi & prima quæstio est. Vtrum unius scientiæ sit an plurium causas & principia contemplari, hac ratione Asclepius cōtinuat, hac latini quoq; tertium librum huic proximum affirmant, præsertim cum dicat. Est itaq; dubitatio prima de his quæ in exordiis dubitauimus. Vtrum unius an plurium

&c. Michael autem tenens hunc librum esse procemium ad omnem speculatricem doctrinam nesciens respondere huic rationi supra.t.c.2.tertii Metaphy. dicit, hanc particulam nulla rõne hoc loco iacere. Et ppterea ueluti redũdãtẽ prætermisit, cãq; hoc loco nec legit, nec exponit, cũ tamẽ textus suus habeat. Comentator autem proponit eam per modum quæstionis, & uidetur uelle ad unam scientiam spectare. Et quarto Metaphysicæ in principio. t. c. primi innuit ad naturalem philosophum pertinere talem omnium causarum quatuor cõsiderationem, sed de hoc eo loco diximus. Et mirum est profecto tot graues uiros adeo leuiter commotos, ut hac sola propositione non obstantibus tot propositis, quæ omnia in secundo physicorum diligentissime tractantur, ut uoluerint tertium librum huic continuari, cum nihil quod ad Metaphysicũ attineat sit propositum, Neque profecto hac sola propositione ad id dicendum coacti fuissent, si animaduertissent quo pacto Aristoteles proponat eam. Nam si ea ratione, qua ponitur in tertio proponeretur hoc loco, euidentiã haberet utiq; continuatio, at si prorsus diuersa ratione proponitur ab ea, qua in tertio ponitur, nulla quoq; prorsus ẽ continuatio, ponitur autem in tertio per modum dubitationis primo.t.c.2.& secundo.t.c.3. ponuntur rationes ad utranq; partem & non soluuntur, quia hæc intentio ẽ tertii Metaph. ut. s. ponantur quæstiones per modum quæstionis, ut propositum ẽ in calce primi, ut in principio nostræ expositionis declarauimus, hoc autem loco non proponitur per modum quæstionis sed per modum cuiusdam manifeste consequentis, ita ut non sit quæstio, sed quæstionis determinatio, inquit.n. Quamobrem primum quid sit natura considerare oportet, & postea sequitur, hoc enim pacto. Et quibus de rebus ẽ scientia naturalis. Et si unius facultatis an plurium sit causas & principia cõtemplari profecto patebit, inquit enim patebit, & erit manifestum habita quiditate naturæ si unius scientiæ sit contemplari causas omnes & principia. In tertio autem Metaph. neq; primo determinatur quid natura sit, neq; manifestum sit, quænam sint consideranda a naturali philosopho, nec minus manifestum sit an unius scientiæ sit principia considerare, sed solum ponitur dubitatio & insoluta atq; immanifesta relinquitur. Et mirum ẽ profecto a nullo prorsus hoc animaduerti. At si dixerint eam quæstionem id esse, quod in calce huius

pœmii ponitur philosophi illis qui quarto Metaph.poni quid natura sit affirmant, cogentur ii necessario dicere Arist.prius quod manifeste sequi asseruit proxime in secundo Metaphy.po suisse.Quid uero natura sit cum non in eodem, nec in proximo illi, sed demum in quarto primum hoc loco propositum longe posterius declarasse id quod ineptum esse quã maxime quisq; recte sentiẽs facile decernet.Cũ ergo dicit.Est i.3.pria nãq; dubitatio de his quæ in exordiis dubitauimus,nõ pp hoc itel ligit hanc quæstionem positam esse in exordiis, quia declaratum est hanc quæstionem positam non eẽ,sed intellgit.De his quæ in exordiis dubitauimus sit prima quæstio proponenda, in exordiis,aut.s. in primo Metaph, quẽ exordiorum appellat librum, in quo de causis & principiis dubitauit contra antiquos disputans,omnia autem ea ,quæ in eo dicta sunt,exordiorum ad totam Metaph.rationem habent. Et,ut in calce ipsius primi dubitationes per modum dubitationum, ut ex his facultatem soluendi consequeremur,proposuit, ita dubitationes in tertio ponit.Quarum omnium dnbitationum eam primam uult esse.Vtrum unius aut plurium scientiarum sit causas omnes & principia contemplari,& ita exequitur. In secundo autem physicorum sicut alia ur diximus,diligentissime tractãtur uti hoc loco proposita sunt,sic & hoc manifestum fit ex ipsa quiditate naturæ explicata, inquit,enim.t.c.70. Quoniã autem quatuor causæ sunt de omnibus erit physici cognoscere,& in omnes inducens propter quid demõstrabit physice materiam,speciem,mouens & quod est eius causa.Et hoc non determinauit nisi postquam naturam quid sit primo considerauit & naturam diuisit in materiam & formam,& materiam a mouente moueri, & mouens propter aliquem finem mouere pulcherrime disseruit,p quæ necessario inotuit dubitatio pro posita modo quo posita est.Quare cum tertius liber Metaphysicæ apud latinos & apud græcos secundus primo proximus sit,ut ex prædictis in calce primi,& positis in tertio,ut in principio docuimus.Et quinq; quæ proponũ ur in hoc uidelicet.Rerum transmutabilium causæ.Modus proprius naturalis sciẽtiæ.Quid natura sit.Quæ sint considerationis naturalis. Et si unius scientiæ sit causas & principia omnia contemplari in secundo physicorum ponantur,ut luce clarius ostendimus singulis propositis singula loca assignantes, ita ut qua ratione fuerint proposita eadem quoq; ratione in secundo physicorũ

posita sint, nihilque ex propositis in tertio Metaphysicæ, neq; in aliquo alio librorum Metaphysicæ, iure dicemus hunc librum ad Metaphysicam nequaquam attinere, sed ad naturalē scientiam & secundi physicorum esse procemium, in quo cum sit propositum primum perscrutandum esse Quid natura sit, statim illud idem in secundi physicorum principio prosequēs inquit. Eorum quæ sunt alia quidē sunt natura, alia uero propter alias causas. Natura quidem sunt animalia, plātæ, &c. Quæ a non natura existentibus eo differunt quod in se ipsis principium motus & status habent, ex quo concludit quidditatem naturæ esse principium & causam mouendi & quiescendi. Quo posito in hoc procemio proposito reliqua ita prosequitur ut nihil ex propositis in hoc procemio desiderari possit. Remouendum itaq; errorem hunc omnium uetustissimum statuendum est, de cuius manifestatione sit Benedictus Deus omnium ueritatū summa ac princeps uerissima ueritas.

Paduæ lectum anno domini M D X L I I. & Venetiis die 28. Decēbris M D X L I I I. confectum atq; in scriptis hoc opusculum redactum est.

43

IOANNIS FRAN
CISCI BEATI PRAEDI
CAMENTA IN VETEREM AV
XILIATRICIS DISCI-
PLINAE LOCVM
SERVATA.

IOANNES FRANCISCVS BEATVS ANTONIO FLOREBELLO OCTAVIANO FERRARIO ET VGOLINO MARTELLO SALVTEM.

EA ERAT ex prælectionum nostrarũ continua auditione concepta apud uos de me existimatio, si quid unquã esset, quod acutissima ingenia uestra offenderet, talem ẽe me, qui facile possem illud uel refellere uel explicare cũ itaq; liber quidã ad totius Italiæ summos philosophos tunc primo missus, ut si quid contra haberent, dicerent, ad manus uestras peruenisset, eum ipsum statim ad me detulistis, ipsa libri inscriptione admodum commoti. Eius uero auctor negat inter rationalis disciplinæ libros prædicamenta Aristotelis ponenda esse, quibus falsa ueterũ omnium opinione inter eos principem locum assignatum plurimis rationibus contendit. Itaq; rogastis me uehementer ut hac in re iudicii mei quid esset, uobis exponere non grauarer. Cum uero accuratius uobis, ut par erat, morem gerens, rem totã acutius inspexissem, leuibus satis rationibus auctorem commotum uobis ostendi, dedique operam ut uos magis magisque in ueterum sententia confirmarem. Porro autem, rationes nostras q̃ probabiliores uiderentur, a me colligi conscribiq; flagitabatis, id quod ego constanter, ut quidem meministis, recusabam. tot enim uiri illustres, ac in philosophia singulares, mihi ueniebant in mentem, quos ea de re certo sciebã scripturos, ut nihil in eo posset iure desiderari. Præterea quotidianas prælectiones nostras impedimento esse excusabam, quo minus hunc scribendi laborem subirem, quod uno eodemq; tempore, & prælegere, & scribere perdifficile uidebatur. certatim quisq; uestrum operis partem se descripturum obtulit. Quare in id studium animos uestros incensos uidens, non potui flagitationibus uestris non satisfacere, ac deinceps paucis diebus, uobis describentibus, opus absolutum est, Cumq; opusculum, quo, altioris philosophiæ secundum librum quem posterius. A. græci uocãt proœmiũ esse secundi physicorum censueram, imprimendum curarem, Octauianus Ferratius unus ex uobis assiduus auditor meus obtinuit, ut una prædicamentorum quoque defensionem emitterem, ut omnes uideant, me prædicamentorum graui iniuria eiectorum e sedibus propriis, non minus ueterem locum defendisse quã eadem, non leuiore iniuria a ueterum societate abstracta, tanquã diutius exulantia propriis laribus conatum restituere, grato igitur animo exeuntem uobisque dicatum librum, ut qui in uestri gratiam sit conscriptus, accipite. Valete Venetiis pridie Calen. Septembris M D X L I I I.

DVBII NVPER RENATI AN LIBER PRAEDICAMENTORVM ARISTOTELIS METAPHYSICUS SIT, AN LOGICUS IOANNIS FRANCISCI BEATI VENETI METAPHYSICAM IN GIMNASIO PATAUINO PROFITENTIS RESOLUTIO.

LIBRVM prædicamentorũ Aristotelis ad Metaphysicum non pertinere ex titulo, ex intentione atque ex his, quæ in singulis prædicamentis præsertim prædicamento substantiæ tractantur facile deprehenditur. Titulus ex intentione summitur. Intentio est tradere notitiam simplicium rerum notionum omnium in ordine ad affirmatiuam & negatiuã propositionem, in qua uerum & falsum continetur, ut in omni scientia formare & formatas propositiones ueras ac falsas cognoscere possimus. Et quia propositio ex subiecto, copula & prædicato consistit, a prædicato, quod subiecto tanquam forma materiæ innititur, denominatione facta, Prædicamentorum librum placuit Aristoteli nuncupare. In his enim decem generibus ordine quodam a ratione inuento entia contineri omnia inuicem & demum de prima substantia prædicari docuit. Talem autem libri intentionem esse ex anteprædicamentis non modo elicitur, sed & in ipsis explicite habetur. Ea enim non temere præposuit & anteprædicamenta dici uoluit, sed ut necessaria huic prædicamentorum considerationi. Cum enim uellet iuxta ordinem doctrinæ hanc prædicamentorum notitiã tradere, quædam tanquam suppositiones præposuit, ex quibus in tali prædicamentorum doctrina procederet. Quinque autem sunt suppositiones, quarum prima est de Vniuocorum, Aequiuocorum & Denominatiuorum descriptionibus. Nam cum, ut ad rem attinet, triplex sit prædicatio Aequiuoca scilicet, uniuoca, & denominatiua, inutilisque sit ad notitiam scientificam æquiuoca

prædicatio,ideo,ut eam prædicationem in sciētiis euitare nos instrueret,æquiuocorum definitionem præposuit, aliorum uero descriptiones adiunxit,quia prædicata omnia aut rei substātiam dicunt, aut accidens, quæ rei substantiam uniuoca sunt, quæ accidens denominatiua. Vt ergo eam libri intentionem in ipso limine explicaret earum descriptionibus rerū,uti uoce proferuntur diuisionem subnexuit. Eorum quæ dicuntur, dicens, alia cum complexione,alia sine complexione dicuntur,cū complexione ut homo currit, sine complexione homo,currit, uincit. Et quia de denominatiuis proxime mentionem fecerat,accidentalis prædicati exemplum attulit:quod ueram & realē,non modo intellectualem,complexionem ostendit. Accidens enim, & subiectum cui inest,sunt duæ res realiter distinctæ,quarū una de altera dicitur,quia ei inest. Et hæc est ad prædicamentorum notitiam prima suppositio.

Altera est. Eorum,quæ sunt. Recte quidem,eorum quæ sunt, inquit,quamuis in priori suppositione. Eorum quæ dicuntur, dixit. Significare nanque uoluit se non de nomine quidem,sed de rebus pertractare pro ut nominibus significantur,non quidem in se,sed in ordine ad propositionem idcirco in hac suppositione de prædicatis intelligit in comparatione eorum de quibus essentialiter dicuntur tantum, hoc est de uniuoca prædicatione. Nam subiectum est duplex propositionis scilicet & rei,i propositione denominatiua subiectum propositionis est,& rei, in uniuoca uero, propositionis tantum. Et quia propositio est in intellectu solum,quamuis rerum sit,est enim rerum pro ut sunt in intellectu,ideo subiectum propositionis quatenus proposisitionis est,non est nisi secundum intellectum,in uniuocis tamē non distinguitur subiectum realiter a prædicato, nisi ratione materiæ intellectæ in subiecto,ut notauit Comen. 12. Metaph. 39. propter quod non fiunt in abstractis propositiones nisi per modum similitudinis. Ponit autem quatuor regulas, quarum duæ primæ inuicem contrariantur,similiter & aliæ duæ.

Prima regula est. De subiecto dicuntur aliqua,& in subiecto non sunt,de subiecto quidem propositionis dicuntur,& nō sunt in subiecto,quoniam illud subiectum,de quo dicuntur,non est subiectum rei, iam enim uniuoce non dicerentur, sed denominatiue.

Altera huic contraria est. Quædam sunt in subiecto & non dicuntur de subiecto, non enim habent de quo uniuoce prædicentur, quia sunt particularia accidentia, ut hæc scientia, idcirco ita sunt subiecta in propositione uniuoca, ut prædicata esse, non possint, & quia accidentia subiectũ habent rei in quo sunt, scientia enim hæc in hac anima ē, de qua non prædicatur nisi quia denominat, cum in ea sit, non ut pars integralis, neq; essentialis, quarum quælibet a toto separari potest, una realiter, altera rõne. Realiter, ut cubitalis pars a toto bicubito. Ratione, ut animal ab homine, hæc autem scientia in hac anima est, cuius non ē pars integralis, ut possit in eē remanens separari, cum sit accidens, neq; essentialis, ut possit intelligi sine hac anima, est. n. scientia hæc, quia in hac anima est.

Tertia regula ē. Quædã sunt in subiecto, & dicuntur de subiecto. Sunt autē hæc accidentia comunia, quæ sunt in subiecto, cũ accidentia sint, & de hoc non dicuntur, sed denominãt. uerũ quia sunt in singulis quibusque propriis generibus species, & genus, hæc dicuntur quidem de subiecto uniuoce, ut scientia de aliqua secientia.

Quarta huic contraria est. Quædã nec in subiecto sunt nec de subiecto dicuntur, de quibus in prædicamento substantiæ dicetur.

Tertia suppositio est. Quando alterum de altero prædicatur &c. Quoniam prior suppositio de prædicatis uniuocis & essentialibus est tãtummodo, ut patuit, quæ quidē sunt in una rerum serie subiectum. s. & prædicatum, quod de subiecto dicitur, ut homo & aliquis homo in substantiarum coordinatione, & scientia, & aliqua scīa in qualitate &c. Verũ quia nõ unum tantum prædicatur de aliquo, sed & plura de eodem dicũtur, idcirco regulam dat quo pacto de eodem plura ordine quodam dicantur.

Quarta suppositio est. Diuersorum generum, & non subalternatim positorum &c. Quoniam plura rerum genera sunt, & in quolibet genere plura non confuse, sed ordine quodam continētur, ut cum plura genera in una quaque coordinatione sint, plures species, pluresq; differētiæ, uibus genus unumquodq; diuiditur, & species constituitur, genera quæ communiora sunt, superiorem locum continent, inferiorem minus communia, ex

tremum uero locum species specialissimæ indiuiduæ differentiis formalibus,sub quibus indiuidua tātū materialibus differētiis cōstituta sunt,possidētes:ex quo documēto ordinē in unoquoq; predicamento habemus,qui ordo ē rerum secundum maiorem uel minorem amplitudinem conceptarum,per quam habent ut subiiciantur,& prædicentur. Quarum quædam,ut prædicata prædicatorum dicuntur, ideo respectu diuersorum tamen eadē subiiciuntur & prædicātur. Quædam uero subiciuntur tantū ut indiuidua,quæ quacunq; ratione extrema sunt,& specierum, generumque omnium, ac generum seu specierum differentiarum prædicationem substinent,ueluti propositionum extrema prorsus subiecta,& hoc in singulis generibus,quorū quodcūq; suas habet proprias species, differentias, atq; indiuidua, quia tamen inuicem minime admiscentur,sed singula singulis termi nis prædicationis, subiectionis & propositionis constituendæ uniuoca prædicatione coercentur.

Quinta suppositio est.Horum,quæ secundum nullam complexionem dicuntur &c.Quoniam complexio a nullo scientifico intenditur nisi ea ratione, qua ueritas & falsitas in complexione continetur,ideo in hac parte docens quo pacto habeant se ad complexionem,,& demum ad ueritatem & falsitatem,inquit.Horum,quæ secundum nullam complexionem dicuntur singula substantiam,quantitatem aut qualitatē &c. At si inuicē copulentur, & complexione proferantur affirmatio fiet uel negatio,in quibus necessario ueritas aut falsitas est, quoniam omnis affirmatio & negatio uera uel falsa est, ex quo sequitur, nihil eorum quæ singulariter proferuntur uerum aut falsum significare.

Cum itaq; hæc anteprædicamenta ueluti necessaria ad prædicamentorum notitiam præposita sint,& hæc omnia,ut patuit, de prædicatiōe unius de altero,de propositione seu cōplexione adinuicē, de que affirmatione & negatiōe,cū i hoꝝ cōplexione contineantur, deque ueritate & falsitate, quæ in affirmatione & negatione consistit,dicta prorsus sint,neminem adeo plumbeum existimare potuissem,qui non prospiceret, hæc præposita esse,ut non de rebus secundum se, sed in ordine ad complexionem, in ordine ad affirmationem & negationem, in ordine denique ad ueritatem & falsitatem quatenus in propositionibus continentur Aristoteles se tractaturum ostenderet,cum

tamen hæc ipsa ꝙ adeo in entitate tenuia sunt, ut si a solo mentis nostro prospectu deciderint omnis eorum labatur entitas una cum ente per accidens, quod sub non ente quodammodo Plato quoq; locauerat, a quocunq; scientifico .5.M. iure seclusit Aristoteles.

Ex his ergo unicuiq; prospectum esse deberet subiectum libri huius non esse ens quatenus ens, sed ipsa prædicamenta, seu entia ad prædicationem ordinata: quoniam de his pertractat primo in ordine ad prædicationem uniuocam, quæ ē essentialis in qua superius prædicatur de inferiori eorum, quæ in una eademque coordinatione sunt, secundo in ordine ad denominatiuam, in qua non est prædicatio subalternatim positorum, sed diuersorum generum. Ex principali ideo intentione subiectum accipientes prædicamenta ipsa subiectum esse dicemus. Nec possumus ens quatenus ens subiectū dicere, tale enim analogum est, si itaq; tale ens subiectum eē uoluisset analogi quoque nomen definiuisset, de quo tamen hoc loco mentio non fit ideo de decem generibus uniuocis in aliquo re aut ratione cōuenientiam non habentibus pertractat, logica autem est hæc consideratio non Metaphysica, logici enim est res considerare secundum rationem, non secundum propriam naturam, ideo ens æquiuocum purum tāquam nomine solo commune affirmat, genera uero omnia uniuoca esse dicit, cū tamen apud Meta. & naturalem etiam analoga sint, cum dicant in genere multas latere æquiuocationes, & præsertim in hac consideratione prædicamentorum, quorum ordinem secundum rationem considerat logicus, ex quo generum & specierum uniuoca tantum prædicatio contingit, & propter hoc de ea fit mentio in tertia, & quarta suppositione, in qua fere talis prædicationis ratio ponitur, & de denominatiua in qua diuersorum prædicamentorū inuicem fit prædicatio in prima & ultima suppositione, intra limites ergo prædicamentales se se continens, analogi nomen Metaphysico relinquens, prætermittit. Et tertio Metaph. Arist. exponit, in quo subiectum secundum maximam analogiæ amplitudinē proponit, & .6. secundum contractiorem ad decem scilicet tantum rerum genera extra intellectum secundum proprias naturas in entitate analoga conuenientes ut subiectum realis scientiæ. Doctrinæ uero in libro prædicamentorum traditæ ipsa uniuoca prædicamenta, hoc est entia in ordine ad predica,

tionem uniuocam ueluti rationalis doctrinæ subiectum eẽ uo luit cum prædicamentorum ordo, propositio, ueritas ac falsitas in propositionis complexione contenta in intellectu tantum sint. Hinc patet huius libri doctrinæ uniuersalitas, quæ uniuersalitati Metaphy. æqualis est, ex qua tamen argui nõ potest hãc prædicamentorum considerationem Metaphy. eẽ, cum hæc rei extra intellectum sit, illa uero rationis & in intellectu tantum. Ex hac itaq; Anteprædicamentorum, quantum ad rem attinet, consideratione facta, intentionem, subiectum, & uniuersalitatẽ Metaphysicam non esse satis constat, quæ licet propositi dubii resolutionem facere possent, cum hæc antepraedicamenta de industria præposita, & ita nuncupata sint, ad ampliorẽ tamen manifestationem idem ex prædicamentorum doctrina Aristotelica plenius atq; illustrius ostendamus.

Cum genus substãtiæ etiam in hac consideratione principẽ locum apud Arist. obtinuerit, satis erit ad ostendendum quod intendimus eorum, quæ in eo genere dicuntur, explicatio, & eorum tantum, quæ ad rem nostram attinent. Diuisionem quidẽ huic considerationi substantiæ necessariam in ipso huius prædicamenti principio intelligere debemus in primã. s. & secundã. Et cum apud Arist. secundæ substantiæ secundũ rẽ non sint, rationis diuisionem dicemus, hinc Metaph. res ipsas secundum se considerans secundas excludit substantias, logicus uero res ipsas in ordine ad propositiones non secundum se & proprias naturas cõsiderans, cum sine secundis substãtiis definitiones erigere ac propositiones præsertim uniuocas constituere docere nõ possit, necessario eas admittit, ueluti communiores, & prædicati in propositione rationem habentes, earumque definitiones accipit. Similiter & primæ substantiæ in propositione subiecti rationem habentis descriptionẽ maxime recipit. Verum quia nõ modo scientia, sed & oĩs cognitio per modũ sciẽtiæ tradita de subiecto præsupponit quia est & quid ẽ, & particulares scientiæ hæc ipsa a Metaphy. accipiũt iuxta doctrinam traditam. 5. Metaph. ubi inquit Arist. Omnes istæ scientiæ circa unum quid & genus aliquod circunscriptæ de hoc tractãt, sed non de ente simpliciter, nec inquantum ens ẽ, nec de ipso quid ẽ, ullam rationem faciunt, sed ex hac alii quidem secundum sensum facientes ipsum manifestum alii per suppositiones accipientes quod quid est, sic quæ insunt secundum se generi circa quod sunt, demostrant.

monstrant. Et infra. Similiter autem nec si est, aut non est genus circa quod uersantur quicquam dicunt, propter eiusdem ratio nis esse sciæ ipsum qđ quid est manifestum facere, & si est hoc. Ideo Arist. in tradenda tali rerum simplicium notitia, accipit primas et secundas substantias esse, & ipsarum quod quid est a Metaphy. ens inquantum ens cõsiderante. Arguere ergo ex his definitionibus a Metaphy. acceptis hanc doctrinam Metaphy. esse, est arguere omnes scientias Metaphysicas esse, quia omnes accipiunt esse & quiditatem suorum subiectorum a Metaphy. ut expresse docet Arist. supra. Doctrina autem hæc in compara tione ad Metaphy. particularis est, quia hæc de ente rationis, quod est altera pars entis simpliciter, considerat, est tamen uni uersalis in respectu ad scientias reales omnes, quia circa omnes uersatur, cum omnes scientiæ necessario de rebus simplicibus propositiones faciant, sicut pars syllogistica & demonstrati ua, quibus omnes scientiæ utuntur, Metaphy. autem non mo do rerum ad extra, sed & rerum in anima quiditatem dicit & esse, & propterea ipsius tantum ē ens per accidens, et ens ratio nis a cognitione scientifica secludere.

Primo ergo definitionem primæ substantiæ accipit, quæ ne que in subiecto ē, neque de subiecto dicitur ex sexto Meta. t. c. 7. Et quia logicus hanc non accipit ueluti suppositione manife stā iuxta doctrinā. 5. sensu manifestā facit dicēs, ut aliqs hō & aliqs equus, nemo utiq; est qui sensu non percipiat, quid prima substantia sit his acceptis exemplis. Et quia hæc doctrina pri mam substantiam non secundum se, et propriam naturam cō siderat, sed in ordine ad propositionem, ut diximus, ideo hanc descriptionem sufficientissimam existimat, eamque ut exactissi mam recipit, per eam enim describitur in propositione quidita tiua, ita subiectum eē, ut prædicatum esse nō possit, id quod ma nifestatur per hanc particulam. Neq; de subiecto dicitur ali quo. In propositione uero denominatiua aut accidētali subie ctum non eē declaratur per aliam particulam. Neque est in su biecto in ea nanque prædicatione accidens ideo de subiecto dicitur, quia est in eo, non potuit autem dicere non esse prædicatum in propositione denominatiua per hoc, neq; de su biecto dicitur, cum per hoc a substantia prima essentialē prædi cationem exclusisset, exactius itaq; accidentalem prædicationē secludere non potuit quam per causam prædicationis denomi natiuæ, quæ ē esse in subiecto, talis ergo definitio uera perfecta

N

que ē apud logicum, et ad talem huius doctrinæ considerationem sufficientissimam, ipsi autem Metaphysico naturā primæ substantiæ, et non subiectionem in propositione consideranti imperfecta atq; insufficiens, ideo Arist. sexto Metaph. ubi supra cum primo loco eam descriptionem adduxisset statim tanquā insufficientem reiicit, eiusq; insufficientiam declarat, inquit. n. in calce. t. c. 7. Nunc quidem typo dictū ē quid ē substātia, quia est id, quod nō de subiecto, sed de quo alia, inquit autem typo, hoc ē, crassa quadam et insufficiente descriptione, quod ipsemet declarat dicens. Oportet autem non ita solum, non enim sufficiens, ipsum enim hoc immanifestum, idest prima substantia ex tali descriptione remanet immanifesta, nam probat eam descriptionem etiam materiæ competere, et ad magis eam reiiciēdam probat adhuc ea descriptione materiam magis substātiam esse ipsa prima substantia. Dicere ergo tali descriptione primæ substantiæ naturam perfecte, nec aliter describi posse, est prorsus aduersari Aristoteli. Nam ea reiecta descriptione aliā attulit sufficientem, cum soli primæ substantiæ simpliciter & absolute competat, dicens. Separabile, & hoc aliquid inesse uidetur maxime substātiæ. Est igitur sufficiens Metaph. descriptio. Hoc aliquid separabile, quam descriptionem septimo Metaph. pulcherrime declarat dicens. Est autem ipsum subiectum substantia, aliter quidam materia, materiam autē dico, quæ non ens aliquid actu, potestate autē est hoc aliquid. Aliter uero forma, quia aliquid ens ratione separabile ē. Tertia uero quod est ex his cuius solius generatio, & corruptio, & separabile simpliciter. Prior descriptio materiæ & magis materiæ cōpetit, hæc uero nequaquam, sed substantiæ primæ tantum. Verum cum hoc aliquid separabile simpliciter sit quoddam compositum, ideo ex diuisione ipsius in materiam & formam, ex ipsius forma eius naturam primo inquirit, non enim compositum cognosci potest perfecte nisi cognitis perfecte partibus. Quæ ergo descriptio insufficiens est Metaph. huic doctrinæ perfecta ē primæ substantiæ descriptio, atq; sufficiens propter diuersitatem considerationis, idest secundum rem, & secundum rationē essendi, & in propositione subiiciēdi. Illa absoluta ē primæ substantiæ consideratio, hæc ad prædicationem respectum habēs.

Declarata itaq;, & posita, quo ad hanc prædicamentorum doctrinam attinet, descriptione sufficiente primæ ipsius substā

tiæ ad secundas substantias explicandas accedit, quia sine his essentialis ac quiditatiua prædicatio non fit. Declarat autẽ quæ sint secundæ substantiæ ex eorum continentia de quibus prædicantur, ex qua continentia quid sint intelligimus, species itaque dicit, & specierum genera, quoniam species indiuidua, & genera species continent, continentia autem ista secundum intellectum continentia est. Et secundum intellectum adhuc potentialis est, aut actualis, dico autem secundum intellectum, quia cum substantiæ secundæ non sint apud Aristotelem, talis continentia erit necessario secundum intellectum, fiunt enim secundæ substantiæ per abstractionem intellectus, & sic reddũtur communes, & ex consequenti continentes sunt ea a quibus abstrahuntur, & secundum intellectum potentialẽ dico, respectu generis, quod se habet, ut materia, indeterminatum differentiæ expectans determinationem, ut materia formæ. Actualem uero dico propter species specialissimas, quæ sunt indiuisibiles formalibus differentiis, per materiam autem diuisibilis, abstrahuntur enim species specialissimæ a conditionibus indiuiduantibus, quibus fiunt sub eadem species plura & infinita indiuidua propter infinitatem materiæ, sicuti propter finitatem formæ duæ tantum sunt sub quolibet genere, cum quodlibet genus per duas differentias tantum diuidatur, ex quibus sequitur genus prædicari de pluribus differẽtibus specie, species uero de pluribus differentibus numero.

Has autem secundas substantias in hac doctrina præsupponit logicus, & earum quiditates a Meta. accipit, faciunt enim illæ ad propositionem constituendam, et ut sic necessario etiã de eis eẽ supposito ac quiditate exemplariter manifestam facit, ut in manifestãda primæ substantiæ quiditate fecerat dicens ut aliquis homo in specie quidem homine. Ex hoc autem qualis quantaq; sit huius doctrinæ a Metaph. cognitione diuersitas manifestum ẽ, præsupponit enim genera esse et species hoc in loco, secus intentum non haberet, nõ enim formari præsertim uniuoca posset propositio, quam principaliter intendit in quibusque scientiis. Cõtra Metaph. rem et naturam substantiæ tractans, non modo præsupponit has secundas esse, sed prorsus earum esse destruit. Ideo datis ipsius uniuersalis descriptionibus, quibus genus et species conueniunt, quæ descriptiones sunt. Vniuersale ẽ commune quod aptum natum ẽ in pluribus

esse, & iterum. Vniuersale de subiecto aliquo semper dicitur. 6. Metaph. t. c. 14. plurimis rationibus ipsum uniuersale non esse, nec esse posse declarat, sicut & quarto physicorum naturalis ex accepta definitione uacui uacuum non eē ostendit, quibus tamen non obstantibus in hac doctrina harum secūdarum substantiarum eē supposito, & acceptis primæ & secūdarum substantiarum descriptionibus iuxta doctrinam. 5. Metaph. traditam accedit ad constituendas propositiones primo uniuocas, deinde denominatiuas ponendo differentiam inter utranque, & conuenientiam. & probat in propositione uniuoca non solum formari propositionem de nomine, sed & de nominis ratione hoc pacto. Quicquid prædicatur de prædicato prædicatur & de subiecto, genus prædicatur de specie, & species de indiuiduis, de quibus rationes ipsorum prædicantur, ergo non modo genus de specie, et species de indiuiduo, sed & ratio generis de specie, & speciei ratio de indiuiduo prædicabitur. Maior propositio patet ex tertia suppositione, minor patet ex definitione generis. Vides doctrinam modo scietifico traditam, i rationali disciplina eius quod seclusit Metaph. Suppositio logicalis ē, cōtracta quidem ab uniuersali Metaph. tali principio. Quicquid inest alicui quod inest alteri, illud quoque inest illi. Sicut albedo inest superficiei, quæ inest substantiæ, ideo & albedo substātiæ quoque inest, hoc Metaph. ē, contractum autem ad prædicationem logicum ē. sicut et illud posterioristicū in prædicatis per se non ē processus in infinitum logicum ē, qa eius ē prædicata considerare. Similiter & hoc. In mouentibus et motis nō ē processus in infinitum. naturale ē. quia naturalis ē motus consideratio. At hoc, in causis & causatis non ē abitio in infinitum iā uniuersalissimum ē & Metaphy. Quod unaquæque scientia ad suum subiectum contrahit, sicut & subiectum. Hæc autem nō distinguere causa erroris est.

Ponit deinde differentiam inter hanc essentialem, & denominatiuam prædicationem, in qua prædicatur quidem nomen de subiecto in quo ē non autem ratio, cuius tota ratio ē conuenentia illa, quæ ē de quiditate generis & speciei, accidentia autem non prædicantur, quia cōueniunt subiecta, in quibus sunt, sed connotant ipsa. Album enim puram qualitatē significat, cōnotat uero subiectū, ideo licet rō de prædicato prædicetur, de subiecto tamen non potest prædicari, quia ratio non connotat

subiectum, sed significatum explicat tãtummodo, ideo si dicimus hominem album eẽ, non possumus tamen dicere hominẽ colorem eẽ disgregatiuum uisus, at si rationem cum connotatione proferat quis, nihil prohibebit sic prædicationem fieri, ut si quis dicat hominem coloratum colore disgregatiuo uisus. Et cum omnia hæc ad primam substantiam referantur tanquam prædicata de ea, quæ ita subiectum ẽ, ut in nulla propositione essentiali aut accidentali prædicatum eẽ possit, corollarie ex eis deducit primarum substantiarum descriptionẽ alteram, uidelicet sublatis primis substantiis nihil aliud remanere, quæ descriptio uti prior sufficiens ẽ logico consideranti ipsum in ordine ad propositionem & prædicationem, cuius nullam in aliqua propositione rationem, ut diximus, habere potest, sed subiecti tantum. & sicut materia subiecto primo formarum omnium sublata, nulla prorsus forma sensibilis esset, ita sublatis primis substantiis, quæ sunt prima propositionum omnium subiecta, nullum prorsus prædicatum, quod forma ẽ, in propositionibus remaneret, & nullæ propositiones fieri possent, hæc tamen ipsa descriptio Metaphysico insufficiens ẽ. Huius quoq; secundæ descriptionis sexto Metaph. tangit insufficientiam Arist. t c. 8 Inquit enim. Et adhuc materia magis substantia fit. si enim non ipsa substantia, quæ ẽ alia diffugit, aliis enim sublatis nihil præter ipsam apparet remanens. Si ergo cõuenit hæc ratio materiæ, insufficiens ẽ descriptio.

Et quia duas substantias esse dixerat. Speciem. s. & genus, has comparans adinuicem speciem magis substantiam esse dicit, hoc autem secundum rationem, & secundum rationem prædicandi intelligitur. secundum rationem quidem, quia nec species, nec genus substantiæ sunt, cũ extra intellectũ apud Arist. non sint, & ẽ conclusio ipsius sexto Meta. t. c. 46. & infra, cuius satis sit ad negocium nostrum rationum fundamenta nõ prætermittere. Nam cum dici ẽ fundetur in eẽ in, prior ratio Aristotelis ex ipso eẽ in, procedit. Est enim, inquit, uniuersale, per qđ genus & speciem intelligit, quod aptum natum ẽ esse in pluribus, ex ipsius uniuersalis quiditate probat ipsum substantiam non eẽ, hoc autem sequens non habet accipere logicus, quia de esse reali nihil ad ipsum. Itaq; conclusio hæc Arist. Vniuersalia non sunt non ẽ logici, sed potius oppositum. s. Vniuersalia sunt, Metaph. dicit non esse extra intellectum, de quo non curat lo-

gicus. Et iterum Metaph. dicit uniuersalia esse quidem, sed intellectu tantum, ex quo logicus accipit ipsum uniuersale esse ex suppositione. Et Metaph. dicit quiditatem uidelicet, esse in pluribus aptum natum, quam quidem ex suppositione quoque accipit logicus. Alteram uero ex ipso esse in, prouenientem affert Arist. rationem, uniuersale inquit. t. c. 46. de subiecto semper aliquo dicitur, hoc autem consequitur ad priorem quiditatem & esse, quod licet præsupponat logicus, non tamen circa ipsum uersatur, nisi quatenus ē in intellectu habens essendi in multis aptitudinem, ad quam aptitudiné, quæ cū in tali esse sit de ipsius essentia, sequitur ipsum semper de aliquo dici, quod ita accipit logicus, ut quam maxime circa ipsum uersetur, & hoc ē ipsi logico partem entis accipere, & quiditate per suppositionem acceptа circa sequentia uersari, ut Naturalis præsupponit naturā esse, & essendi unicuique principium, non tamen uersatur circa naturam quatenus essendi principium, negociū utique hoc Metaph. ē, sed circa consequens, ex eo enim essendi principio sequitur naturam esse principium mouendi & quiescendi, quod nō modo supponit, sed et circa ipsum uersatur, et ita quidem, ut omnia sequentia ad naturam quatenus ē principium motus consideret atque demonstret, sic enim ē ipsi Naturali partem entis accipere, et sicut Naturalis ē, sequētia ad entia quatenus mouendi rōnē habent et nō amplius cōsiderare, ita et logici ē entiū in intellectu existentium sequentia, et non amplius animaduertere. Hoc autem adeo distat a Metaph. ut ex ea quoque ratione uniuersale probet non esse. Si enim prædicari de pluribus sequitur ad ipsum secundum quod ē aptum natum esse in pluribus, et ex hoc quod natum ē in pluribus ēē, deducit uniuersale non ēē, hoc idem sequi necesse ē ex hoc quod de pluribus dicitur Antecedens tamen accipit logicus Ideo licet talis definitio sit Metaphy. ueluti rationem facientis de ipso quid. logici tamen ē accipientis, idcirco ex hac definitione accepta constitutionē propositionis, quæ ē passio sui subiecti, ostendit. Nam ad abstractum esse, quod ē uniuersale esse, sequitur prædicatio et constitutio propositionis, et alia huiusmodi quæ logicus considerat. Et hoc negocium ē logici circa proprium subiectum. Negociū uero Metaph. ē circa esse, et eorum quæ sunt extra intellectū, & quæ sunt in intellectu, ideo dicit ipsum uniuersale non esse extra animam, sed passionem esse animæ, entis in anima, non similitudinis quidem a rebus impressæ: ut male uidentur non

nulli intelligere,sunt enim tales similitudines rerum in anima reales qualitates,quæ ad logicum non attinent, sed ad Meta. et ad animasticum,non enim ut qualitates uere sunt, rationē generis et speciei induunt,sed res existentes per tales similitudines in intellectu rationem generis et speciei induunt, et ut sic probat Metaphy. uniuersale genus.s.species,differentias, et omnia uniuersaliter dicta substantiam non esse,cum tamen ut sic subiiciendi et prædicandi rationem subeant, secundum.s. unū per aliud ratione diuersum manifestatur,logicus idcirco si dicit species ē magis substantia quam genus, secundum rationē prædicandi intelligendum ē, ut diximus,quia. s. tam genus q̃ species de prima substantia prædicantnr. Nam si neutrum sit substantia,ut inquit Metaph. et probat,unum non erit magis substantia q̃ alterum. Quia uero logicus utrunq; ipsorū substantiam esse affirmat,ea adinuicem comparando speciem magis substantiam q̃ genus esse fatetur. Prædicati autem ratio subiecti manifestatio ē,ex hac itaq; prædicati ratione probat cōclusionem illam Aristoteles,inquit enim. Si quis assignet primam substantiam quid ē,euidentius et conuenientius assignabit speciem dicendo q̃ genus. Ratio enim logica ē,ex medio uti que cognoscimus qualis sit,et cuius sit,et ratio et conclusio,ex prædicatione nāq; seu ex predicationis ratione procedit,reddit autem rationem cur conuenientius assignabit speciem dicendo q̃ genus,quia,inquit,propinquior ē species q̃ genus, genus communius ē,communitas rationis ē, et ordo excommunitate oritur,quo ordine rationis construit in hoc libro prædicamentorum coordinationes Aristoteles,et propterea ratio non ē Metaphysica. Si enim Metaph. Vniuersale substantiam nō esse asserit communitatem,substantialitatem,lōgiquitatem et propinquitatem necessario secludet. Cōtra logicus,uniuersale substantiam affirmans ea omnia substatialitatem.s.communitatem,ordinem,propinquitatem & elongationem fatetur,& secū dum hoc negociatur. Alteram adducit rationem ex subiiciendi ratione in propositione, non enim ex eē accipit logicus substantiam,simul enim cum Metaph. uniuersale diceret substantiam non esse,sed ex subiectione in propositione,nā prima substantia in propositione ita subiicitur,ut nullo modo prædicetur,ideo primam substantiam maxime substantiam esse dicit. Igitur apud logicum illud erit magis substantia,quod magis subiiciendi rationem habuerit in propositione. Sed species ra-

tionem subiiciendi in propositione magis habet q̄ genus, igitur species magis substantia ē quam genus, minorem ex definitione generis probat, nam genus ē, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, ideo inquit, genus prædicatur de specie, & non contra, ergo species ita subiicitur generi ut rationem respectu ipsius prædicandi non habeat, propter maiorem quam habet conuenientiam cum prima substantia q̄ genus. Hæc quoq; logicalis ē, non Metaph. ratio, reiecta nanq; a Met. subiectionis ratio ē, quam accepit logicus, ut diximus de prima substantia, & ex consequenti speciei, quia huius subiectio ab illa ē, tanq̄ a primo omnium subiecto. Et ex hoc similiter speciem ad speciem, & primā substantiam ad primā comparando unam non magis altera substantiam esse declarat, inquit enim, species uero, quæ non sunt genera, nihil magis altera altera substantia ē, nihil enim proprius assignabis de aliquo homine hominem assignando q̄ de aliquo equo equum, fingere uero quandam maiorem in specie realitatem propter hoc quod dicit Aristoteles speciem esse magis substantiam genere, est Aristotelem non intelligere, aut non aduertere, quinimo & in prima substantia, quæ prorsus secūdum se realis est, ex hoc q; per prædicatum declaratur, ex hoc q; in propositione subiicitur nihil realitatis habet, quia sicut cōstitutio propositionis ē rationis & intellectus tantummodo, ita & subiectio, ita & explicatio. Similiter arguūt uniuersale ex eo q; aptum natum dicitur in pluribus esse habere nescio quid realitatis, cum tamen Arist. 6. M. t.c.45. dicat. Impossibile est esse substantiam quodcunq; uniuersaliter dictorum, & probat ex illo q; aptū natum est in pluribus esse æqualiter poni sub non esse substantiæ quodcunque uniuersaliter dictorum ut Metaph. esse considerans & realitatem. Hic uero ut logicus prædicationē, subiectionem, manifestationem considerans ponit uniuersalia esse substantias, sed non æqualiter. Contradicunt utiq; hæc uniuersale est substantia, & uniuersale non est substantia, ea tamē diuersa ratione cōsiderata non contradicunt. Ex quibus satis constat hanc conclusionem, species est magis substantia q̄ genus logicalem esse, licet ista Metaph. sit, forma est magis substantia materia & composito quam ponit Arist. sexto Metaph. t.c. 8. Non enim ex hoc q; forma sit prædicatum uel q; magis manifestet in propositione. dicit magis substātiam, sed quia ipsa est ratio essendi utrique materiæ. s. & composito, essendi nanq; ratio Metaph. est, ut

prædicandi

& subiiciendi in propositione logicalis. Et propterea aliæ quoque duæ logicales sunt. s. Vna species non é magis substantia altera. Et illa una prima substantia non é magis substantia q̃ alia. Sed prior, quia una non magis notificat primam substantiam q̃ altera. Hæc uero quia una non magis subiicitur q̃ alia, non enim hic bos boui magis subiicitur q̃ hæc musca muscæ in propositione, in qua per proprias species manifestatur æqualiter una prima substantia sicut & altera.

Communitatem autem seu conuenientiam deinde adducit substantiarum, non esse in subiecto, ut cognoscamus differentiam propositionum accidentalium ab essentialibus, denominatiuarum ab uniuocis, accidentia enim, quæ denominant, prædicantur, quia sunt in subiecto quod denominant, substantiæ secundæ non sunt in prima substantia tanq̃ in subiecto, de qua tamen prædicantur, hinc cognoscimus primam substátiá subiectum esse propositionis secundum intellectum in prædicatione essentiali, ut in suppositione secúda declarauimus. Vna enim eademque res é Socrates & homo ut de Socrate dicitur, intellectus enim diuidit & separat tantummodo, & in propositione componit, quam compositionem si bene aduerterimus Arist. prædicationem, in accidentalibus uero complexionem appellare uidetur, sed hoc nec prodest nec officit proposito nostro, animaduertant logici.

Soluit deinde dubitationem de parte, & propterea multa dicit, quæ ne cogamur eadem repetere, trãseamus, satis é ex his omnibus habere nos intentionem Aristotelis, & sententiam huius libri eam esse, quam proposuimus. Et cuius sit, quod principaliter intendimus.

Et quia posset quis ambigere quo pacto secundæ substantiæ de primis uere prædicentur, cum prima substantia non sit uere subiectum, nec secundæ substantiæ sint in primis, cum subiectú dici uideatur respectu eorum, quæ in ipso sunt, declarat omnes substátias hoc aliquid significare diuersimode tamen, quia primæ substantiæ simpliciter sunt hoc aliquid & secundum esse. Substantiæ uero secundæ sunt hoc aliquid secundum rem, quia non sunt aliud q̃ primæ substantiæ, secundum intellectum uero. s. eo modo quo intellectus separat non sunt hoc aliquid, sed se habere per modum qualitatis ipsas intellectus intelligit,

O

pro quanto explicant primam substantiam. Et sicut accidētia sensibiliter substantiam manifestant, sic intelligibiliter secundæ substantiæ primam, & secundum esse qualitates sunt, sunt enim species intelligibiles, & notiones seu conceptus, uel eorum similitudines, non sub ratione qua genus & species sunt, sed quatenus res extra intellectum, a quibus sunt impressæ, aut ex impressis intelligendo formatæ repræsentant, ideo qualitates substantiæ, & qualem quandam substantiam esse dicit Aristoteles, dum in prædicando manifestant ipsam, non simpliciter tamen quale quid, ut album, in quo ipsum quid non quiditatem dicit, sed subiectum, quod ē hoc aliquid.

Hæc autem omnia dicta sunt ueluti pertinentia ad quiditatem & propriam substantiæ rationem sub tali consideratione .s. prædicandi ratione, seu propositiones constituendi adeo manifeste, ut probatione alia non indigeat q̄ ipsorum uerborum sensus manifestissimus, cui apertissimo sensui, quæ in sequentibus de proprietatibus dicuntur aduersari uidentur. Videntur enim dici non secundum modum prædicandi & in comparatione ad constitutionem propositionis, sed secundum naturam substantiæ, & ut extra intellectum.

Sed licet de esse, hæc dicta esse uideantur, reducenda tamen sunt omnia ad sensum superiorem expressum, facileque ad ipsum posse reduci sic ostēdimus. Nā cū dixisset substātias secūdas qualitatis rationem induere, occurrit ut de proprietate diceret, nam cum qualitati sit aliquid contrarium, ne quis secundas substantias ueras qualitates existimaret primam adduxit proprietatem dicens. Substantiis nihil eē contrarium. Illud autem in hoc aduertendum ē, per substantiam differentias non intelligere, differētiæ enim in unoquoq; genere contrariæ sunt, ut ex decimo Metaph. habetur, per substantiam ergo, genera intelligit, species & indiuidua tantum. Differentiæ nanq; qualitates sunt, non substantiæ, nec qualem quandam substantiam dicūt, cum genera non sint, nec species. Erit ergo in genere substantiæ hoc aliquid, quod maxime substantia dicitur, & qualis quædā substātia, quæ ē substantia secunda, & ē differētia, quæ nec hoc aliquid, nec qualis quædam substantia, sed qualitas quiditatiua substantiæ dicitur, & differentiam tantum appellat Aristo. Nam in hoc capite a nomine substantiæ differentiam exclūdēs

inquit. Non est autem proprium hoc substantiæ non eē in subiecto, nanq; differentia ē eorum, quæ in subiecto non sunt, bipes enim, animal, gressibile, de subiecto quidem dicuntur homine, in subiecto uero non sunt. Ideo uana ē dubitatio. Quomodo in substantia non ē contrarietas, cum differentiæ omnium generum contrariæ sint. Propterea in qualitate duplex ē cōtrarietas, communis. s. quæ ē omnium generum differentiarum, & priuata, quæ ē specierum. Ea autem ē specierum qualitatis contrarietas, ut medium habeat ex extremis compositum, ut fuscum inter album & nigrum. ergo quia mixtum ē, & album & nigrum dici fuscum potest, licet non simpliciter, sed aliquo modo, & in comparatione, hoc autem substantiæ non conuenit, nullum enim habet medium ex extremis ita compositum, de quo utrunque dici possit, ideo in substantia, si plura de aliquo dicentur, ut de aliquo homine homo & animal, hæc contraria nequaquam dicemus, & ita ad propositionem reducetur hæc proprietas, ut. s. nihil secundum contrarietatem dicatur in subiecto, uel etiam & facilius quæ in genere substantiæ inuicem prædicantur non ita prædicantur ut contrarium de eodē dici possit, at quæ ita de substantia dicuntur secundum substātiam non dicuntur, nec substantiæ dici possunt. nam de Socrate dicitur ꝙ homo, ꝙ animal, ꝙ rationale, nec secus uere affirmatur, nec simul nec successiue, at ipsum sedere & non sedere, album & non album & alia huiuscemodi uere utrunq; si non simul, successiue tamē dicūtur, ideo hæc substātiæ seu in gn̄e substātiæ nō sunt, illa uero sunt, itaq; causam pro effectu Arist. adduxisse intelligemus, ut diximus, de non esse in subiecto dictum fuisse, ut denominatiua secluderetur prædicatio, nec secus cum dixit, species ē magis substantia q̄ genus, ratione prædicationis illud utiq; dictum fuisse satis manifestum ē. Et hoc indicat secundæ proprietatis ad præcedētem consequentis declaratio, quæ ē. Non suscipere magis & minus, nam si non habet cōtrarium, nō suscipit magis & minus, ex commixtione nanq; contrariorum magis & minus fit, nam si contraria indiuisibilia essent, ut differentiæ substantiales absq; dubio magis & minus non susciperent, & hoc declarans ad propositum retulit. Vnaquæq; inquit, substantia hoc ipsum quod ē non dicitur secundum magis & minus, non enim Socrates est magis homo q̄ Plato, neq; nunc Socrates ē magis homo q̄ prius. Nec secus intelligenda ē tertia proprietas, quā dixit esse maxime propriā.

Vnum & idem numero subiectum esse cõtrarietatis, quia cũ esse in fundamẽtũ sit ipsius dici de, docuit nos denominatiuas propositiones in substantia contrarias fieri posse. Homo albus est, homo niger ẽ, de uno eodẽq; homine contrariæ sunt propositiones, cum sit subiectum contrariorum unum & idẽ, sed hoc Metaph. est, cuius ẽ considerare eẽ accidentium, sed de his propositiones formare, & quo pacto formentur propositiones cõtrariæ, logicum ẽ. Dicere autem tales proprietates nullibi in Metaph. datas esse, ẽ non aduertere doctrinam Aristotelicã in 6. nanq; & 7. Metaph. pertractat de substantia sensibili, in. 8. uero, & 6. de proprietatibus consequentibus ens in eo q ens, in. 9. de uno & multo, de eodem & diuerso de contrario, & de cõtrariorum diuersitate, & alia huiusmodi, quæ sunt, quomodo sint quoue pacto se habeant secundum se, non in comparatione ad propositiones, ut in hoc libro.

Quod autem diximus de predicamento substantiæ idem de cæteris prædicamentis intelligendum ẽ. Nam cum idem sit ordo generum & specierum in quolibet genere, idem uere intelligendum ẽ de prædicatione uniuoca contentorum in eodem genere, ita enim suo modo uniuoce dicitur Albedo est color, triangulus ẽ figura, figura ẽ quantitas, ut cum dico. Homo est animal. Et suppositiones præpositæ non sunt præpositæ propter substantiam tantum, sed & propter omnia prædicamenta, & quicquid in eis de esse dicitur, de eo tanq̃ de causa rationis prædicandi secundum ordinem eorũ, quæ continentur in unoquoq; prædicamẽto dicitur, cũ logica pferri quæ de his, quæ in hoc libro continentur, ex quibus definitiones esse, & quod quid significãtes cõstituũtur, docet, a Metaphysico profecta sit, cuius munus ẽ esse & quod quid considerare. Regulæ enim cognitionis eẽndi institui nequeũt, nisi ab his, q essendi perfectiones perfecte cognoscũt, queadmodũ nec regulæ grãmaticales & modi recte atq; ornate loquẽdi nisi ab optimis oratoribus repertæ sunt. Et hoc ẽ q de definitione quod quid significante notitiam tradit Arist. sexto Metaph. & exactius q̃ logicus, qui de ea non considerat nisi ut medium demonstrationis ẽ, quæ logici opus ẽ. Et hoc ẽ illud quod dicit. 42. T. Nunc autem dicamus primum, inquantum in analecticis de definitione dictum non ẽ. Ea nanq; dubitatio, quæ ibi nõ pertractata ẽ, ad ea sane, quæ nunc de substantia dicimus uehementer conducit. Id qđ

non aduerterunt expositores, ut eo loco declarauimus. Ea namq; dubitatio quae sexto Metaph. tractatur est per quam declaratur maxime atq; perfecte secundum rem substantia quo pacto per definitionem habetur. Ratio autem generis, speciei, praedicandi, subiiciendi, quinimmo, ut dictum est & ratio primae substantiae, ut propositionis subiectum ueram & propriam naturam substantiae minime declarant. Sunt enim secundo intellecta, & per reflexionem intellectus supra propositionem prius formatam in complexis, uel supra conceptus simplices priores reperta sunt, & huiusmodi entia consequentia res in intellectu aliud esse non habent praeterquam intelligi, propterea passiones, seu animae affectiones dici tantum possunt, realitatem non habentes, Talia autem negare, eo quod Arist. hoc intentionis nomine usus non fuerit, est Arist. non intelligere. Nam si haec inuenta ab intellectu rerum naturam dicerent, quae diuersa genera sunt, & immediatam negationem habent, necessario uniuoca essent, substantia enim genus est, & quantitas quoq; genus, & ratio generis eadem est utriusq;, & aequaliter dicitur, non enim figura genus est, & de suis speciebus dicitur, quia animal genus est, & de suis speciebus dicitur. Et propterea cum homo secundum naturam, & intentionem primam perfectior substantia sit, & quaedam entitas perfectior boue, asino & caeteris brutis animantibus, & haec perfectiora sint plantis, & plantae mixtis, in secunda tamen intentione, quae species est, non est magis substantia homo quam bos, quam planta, quam lapis, ut inquit Arist. quum homo non magis manifestet sua indiuidua, quam bos sua, quam sua planta, quam lapis sua. Dicere ergo species manifestare indiuidua, & genera species, & species magis quam genera, nihil aliud est, quam quae ad intentiones secundas, seu secundo intellecta attinent explicare, uel ad res, ut stant sub his secundo intellectis, quod necessarium est in rebus cognoscendis sub diuersa intentione a Metaph. consideratione. Nam si logicae facultatis est docere orationem ut oratio est ut dicunt aliqui Quid hoc aliud est quam intellectum reflecti super orationem, ut componitur ex nomine & uerbo? consideratur enim animal, ut pars orationis est, non animal dico, sed nomen, & ut explicat naturam hominis, praedicatum dici esse & ut de pluribus specie differentibus praedicatur genus est & sic de singulis secundo intellectis, & sunt passiones animae, seu entium ut intellecta sunt, & sunt passiones entis in intellectu, & non extra, & non attinent ad Metaphysi. ens principaliter extra animam considerantem, & ens quatenus ens ut supra di-

ximus, sed ad rationalem artificem cum his secundo intellectis circa omnia uersantis, & negociantis, & cum sint excogitata quædam animæ, & nostra consideratione inuenta, non tamen sunt neganda, sed ut a logico concessa, & accepta affirmāda. Et cum hæc secundo intellecta non rerum naturam secundum se absolute aut simpliciter, nec proprietates declarent, liberq; prædicamentorum in his, ut declaratum ē, uersetur, manifestū erit, librum prædicamentorum rerum naturas dicere nequaquam posse. Reliquum ē declarare Metaph. hoc ipsum facere, & ita quidem, ut non præsupponat talem notitiam traditam, nisi quatenus formare possit rite propositiones, ac demonstrationes erigere, ut & cæteræ omnes scientiæ, uniuersalem sciēdi modum præsupponit, quamuis ex his quæ dicta sunt hoc ipsum facile comprehendi posset.

Substantiam secundum propriam naturam, & ex consequēti cætera entium genera ut extra intellectum esse habentia, nō minus accurate q̄ sufficienter declarat Arist. 6. M. & 7. atq; 11. Nam iuxta sententiam primi posteriorum. Tunc scire arbitramur unumquodq; simpliciter, & non sophystico modo, quod est secundum accidens, cum causam cognoscimus propter quā res ē, & quoniam illius ē causa, & non contingit hoc aliter se habere. Et primo phy. Quoniam quidem igitur intelligere & scire contingit circa omnes scientias, quarum sunt principia causæ & elementa ex horum cognitione, tunc enim opinamur cognoscere unumquodq; cum causas primas, & prima principia, & usq; ad elementa cognoscimus, idcirco Arist. 3. Metaph. proponens subiectum Met. Ens inquantum ens adiunxit, unde et nobis entis inquantum ens primæ causæ sunt accipiendæ. Et quoniam ens analogum est, quo pacto analogi natura cognoscatur. 1. c. 2. docet dicens. Proprie uero ubiq; scientia primi ē, et ex quo alia pendent, et propter quod dicuntur. Et quia nondum declarauerat quid nam primum sit in ente. Ideo dicit sub conditione. Ergo si ē hoc substantia, substantiarum oportet principia et causas habere primum philosophum. Sexto autem Metaph. diuidens in decem genera rerum substantiam esse primum analogatum probauit. Ideo substantiæ sensibilis prioris quo ad nos, et qua ad insensibilem substantiam ducimur principia inquirit. Verum quia substantia et ipsa analogum existens eam in quatuor partes diuisit, in quod quid ē, in uniuer-

fale,genus et fubiectum,de quibus omnibus ut notitia fubftã tiæ plene atq; perfecte habeatur,pertractat,& fubiectum primo diuidit in materiam,formam & compofitum, & feclufo tanq̃ manifefto compofito de materia ueluti aliqualiter ignota fe dicturum innuit,De forma uero,de qua femper dubitatum eft, fe tractaturum promittit, & ita de primæ fubftantiæ principiis uolens pertractare,primo de forma feu quiditate fubftantiarum & accidentium per totum. 6. a. t. c. 11. ufq; ad. 44. agit. In.7.autem perficiens tradere notitiam fubftantiæ perfectæ de materia & forma pertractat. Et fic repudiata defcriptione primæ fubftantiæ ipfi logico fufficiente,ut diximus,& Metaphy.infufficienti formam & materiam principia fubftãtiæ fenfibilis diligẽtiffime inquit,ut ipfam primo deinde per ipfam ueluti per effectum quo pacto nobis poffibile eft infenfibilem fubftantiam cognofcamus,& non fophyftico modo, quemadmodum logicus,qui eam ipfam fubftantiam fub ratione fubiiciendi,& prædicandi ad propofitiones ex nominibus ordinatas notiones fignificantibus formandas,fyllogifmos, & demũ demonftrationes rite conftituere poffimus,pertractat. Omnia autem hæc fubftantiæ accidunt ideo fubftantiam fub horum ratione confiderare ẽ ipfam fophiftico modo confiderare,hoc eft fecundum accidens,non proprie,nõ fecundum fe,quod ẽ rei principia exacte cõfiderare. Quæ principia liber Prædicamẽtorum nec tradit nec tradere poteft,ut ex his quæ ex Arift. adduximus lucide quifque iudicare poteft. Et ex primo analogato cũ cætera depẽdeant,cognita fubftantia cætera rerũ genera manifefta funt,ut. 3. Met.d.ubi licet poftquam docuit Arift.fciẽtiã ubiq; primi eẽ,& aliorumq; pendent, & poftquam propofuit ens inquantum ens,ftatim fubiecifset unius effe fcientiæ genere qua fcũq; fpecies & fpecies fpecierum contẽplari, nõ tamẽ fpecies fub quacũq; ratione accepit,fed fub ratione effendi, qua ratione,ut ens fub ratione mobilitatis excluditur,ita & ens fub ratione prædicandi atq; fubiiciendi neceffario exploditur. Itaque nõ potuit accuratius explicare entis naturas,& oĩa quæcunq; entitatem habent, & qualemcũ. p ad Metaph.pertinere. 5. autem Metaph. a particularibus quibufq; fcientiis Metaph.diftinguit,excludens entia,quæ ad aliquam fcientiarum non attinent ex earum quatenus entia funt natura perfcrutata, Et.6. felectis entibus realibus atq; per fe,de eis fumma diligentia difputat. Et propofito tractandi modo fcientifico per principia

ximus,sed ad rationalem artificem cum his secundo intellectis circa omnia uersantis, & negociantis, & cum sint excogitata quædam animæ, & nostra consideratione inuenta, non tamen sunt neganda, sed ut a logico concessa, & accepta affirmāda. Et cum hæc secundo intellecta non rerum naturam secundum se absolute aut simpliciter, nec proprietates declarent, liberq; prædicamentorum in his, ut declaratum ē, uersetur, manifestū erit, librum prædicamentorum rerum naturas dicere nequaquam posse. Reliquum ē declarare Metaph. hoc ipsum facere, & ita quidem, ut non præsupponat talem notitiam traditam, nisi quatenus formare possit rite propositiones, ac demonstrationes erigere, ut & cæteræ omnes scientiæ, uniuersalem sciēdi modum præsupponit, quamuis ex his quæ dicta sunt hoc ipsum facile comprehendi posset.

Substantiam secundum propriam naturam, & ex consequēti cætera entium genera ut extra intellectum esse habentia, nō minus accurate q̄ sufficienter declarat Arist. 6. M. & 7. atq; 11. Nam iuxta sententiam primi posteriorum. Tunc scire arbitramur ununquodq; simpliciter, & non sophystico modo, quod est secundum accidens, cum causam cognoscimus propter quā res ē, & quoniam illius ē causa, & non contingit hoc aliter se habere. Et primo phy. Quoniam quidem igitur intelligere & scire contingit circa omnes scientias, quarum sunt principia causæ & elementa ex horum cognitione, tunc enim opinamur cognoscere ununquodq; cum causas primas, & prima principia, & usq; ad elementa cognoscimus, idcirco Arist. 3. Metaph. proponens subiectum Met. Ens inquantum ens adiunxit, unde et nobis entis inquantum ens primæ causæ sunt accipiendæ. Et quoniam ens analogum est, quo pacto analogi natura cognoscatur. t. c. 2. docet dicens. Proprie uero ubiq; scientia primi ē, et ex quo alia pendent, et propter quod dicuntur. Et quia nondum declarauerat quid nam primum sit in ente. Ideo dicit sub conditione. Ergo si ē hoc substantia, substantiarum oportet principia et causas habere primum philosophum. Sexto autem Metaph. diuidens in decem genera rerum substantiam esse primum analogatum probauit. Ideo substantiæ sensibilis prioris quo ad nos, et qua ad insensibilem substantiam ducimur principia inquirit. Verum quia substantia et ipsa analogum existens eam in quatuor partes diuisit, in quod quid ē, in uniuer-

sale,genus et subiectum,de quibus omnibus ut notitia substã tiæ plene atq; perfecte habeatur,pertractat,& subiectum primo diuidit in materiam,formam & compositum, & secluso tanq̃ manifesto composito de materia ueluti aliqualiter ignota se dicturum innuit,De forma uero,de qua semper dubitatum est, se tractaturum promittit, & ita de primæ substantiæ principiis uolens pertractare,primo de forma seu quiditate substantiarum & accidentium per totum. 6. a. t. c. 11. usq; ad . 44. agit. In.7.autem perficiens tradere notitiam substantiæ perfectæ de materia & forma pertractat.Et sic repudiata descriptione primæ substantiæ ipsi logico sufficiente,ut diximus,& Metaphy.insufficienti formam & materiam principia substãtiæ sensibilis diligẽtissime inqrit,ut ipsam primo deinde per ipsam ueluti per effectum quo pacto nobis possibile est insensibilem substantiam cognoscamus,& non sophystico modo, quemadmodum logicus,qui eam ipsam substantiam sub ratione subiiciendi,& prædicandi ad propositiones ex nominibus ordinatas notiones significantibus formandas,syllogismos, & demũ demonstrationes rite constituere possimus,pertractat.Omnia autem hæc substantiæ accidunt ideo substantiam sub horum ratione considerare ẽ ipsam sophistico modo considerare,hoc est secundum accidens,non proprie,nõ secundum se,quod ẽ rei principia exacte cõsiderare. Quæ principia liber Prædicamẽtorum nec tradit nec tradere potest,ut ex his quæ ex Arist. adduximus lucide quisque iudicare potest.Et ex primo analogato cũ cætera depẽdeant, cognita substantia cætera re℞ genera manifesta sunt,ut.3.Met.d.ubi licet postquam docuit Arist.sciẽtiã ubiq; primi eẽ,& aliorumq; pendent, & postquam proposuit ens inquantum ens,statim subiecisset unius esse scientiæ genere qua scũq; species & species specierum contẽplari, nõ tamẽ species sub quacũq; ratione accepit,sed sub ratione essendi, qua ratione,ut ens sub ratione mobilitatis excluditur,ita & ens sub ratione prædicandi atq; subiiciendi necessario exploditur. Itaque nõ potuit accuratius explicare entis naturas,& oĩa quæcunq; entitatem habent,& qualemcũ.p ad Metaph.pertinere.5. autem Metaph. a particularibus quibusq; scientiis Metaph.distinguit,excludens entia,quæ ad aliquam scientiarum non attinent ex earum quatenus entia sunt natura perscrutata,Et.6. selectis entibus realibus atq; per se,de eis summa diligentia disputat.Et proposito tractandi modo scientifico per principia

11.Metaph.de prícipiis decem rerum generum exactissime edisserit,eadem quæ sunt omnium,& quæ diuersa,propinqua quæue remota sunt,explicans.

Ex his autem perspicuum habetur, cum nullibi de ente in quantum ens, hoc é de substantia & cætreis prædicamẽtis per principia præterq̃ in Meta. pertractat & ea ratione substantiæ & cæterorum omnium naturam considerat,ac tractat,qua liber prædicamentorũ nec considerare nec tradere potest, cũ procedat ex descriptionibus substantiæ ad naturam ipsius & cæterorum explicandam insufficientibus, eaq; consideret quæ ipsi quam maxime ex accidenti competunt, cum talia non secundum se,sed secundum esse quod in anima habent entia consequantur. De quibus,ea a Metaphysica consideratione reiiciens 5. Met. inquit.t.c.ultimi. Quod quidem ut accidens,& quod uerum ens prætermittendum causa quidem illius indefinita,huius uero mentis passio,& utraq; circa reliquum genus entis & non extra ostendunt existentem aliquam naturam entis. Et in repetitionibus decimi dicit. Id autem quod ut uerum est ens, & secundum accidens, illud quidem hoc est in complexione mentis,& passio in hac, propterea circa ea quidem non quæruntur principia. Non igitur munus é Metaphysici complexionem,in qua é uerum & falsum considerare nec ex consequenti partes complexionis,quæ sunt nomen uerbum,subiectum prædicatum,& alia huiusmodi entia secundum rationem generis & speciei ab intellectu in ordinem redacta in unoquoq; prædicamento significãtia. Sed cuncta hæc a Met. prætermittuntur, propterea q̃ in anima tantum sint. Quæ uero extra sunt per principia inquirit. Et propterea .10. inquit. Cum uero id quod extra é ac separabile consideratur. Verum quia talia aliq̃ entitatem habent,& omnium qualemcunq; entitatem habeãt et esse et quiditatem Metaphy.habet dicere,ut declarauimus,et præsertim eorum,quæ licet in anima esse habeant tantummodo,aliquorum tamen placito extra ea esse habere existimãtur. Ideo Arist.sexto Metaph.t.c.10,ubi supra proposuit uniuersale,et genus tanquam uere entia inquirenda. Nec secus in tertio. t.c.6.in calce dicens. Et quia non solum substantiarum, sed et accidentium eadem é Theoria et de dictis,et de priore et de posteriori,et de genere,et de specie,et de toto,et de parte et aliis tantibus. Et licet.3.&.6.hæc eadem proponat,diuersa tamen ratione proponit

ne proponit

se proponit. Nam in tertio proponit quatenus entia, in. 5. quatenus existimata realiter entia, in tertio amplitudinem entitatis proposuit a Metaphy. consideratæ, quam expressit Comẽ. in calce. c. 9. quum dixit. Quædam sunt opinabilia, quædam entia s. uere. Ideo sexto Met. proposuit uniuersalia, et genus secundum opinionem uere entia, et licet ea. 5. Metaphy. excluserit, sexto tamen adhuc contra opinantes disputans accuratius per proprias eorum definitiones, quæ sunt, in multis esse aptitudo, et de pluribus prædicatio, a realitate entium quin et ipsum ens in illa, & secundum illam communitatem, secundum quam extra animam esse non habet exclusit, igitur secundum illam communitatem, per quam habent essendi in pluribus aptitudinem, & de pluribus prædicandi alterius a Met. munus erit. Et ipsius quippe cuius est res ipsas ipsaque prædicamenta non secundum proprias naturas, sed secũdum modum prædicandi & subiiciendi rationem perscrutari, propositiones inde facere, syllogismos atque demonstrationes cõstituere id quod pulcherrime sexto Metaph. docuit cum de forma secundum se, & a materia sequestrata more Platonico de industria quidem, ut Platonem redargueret, pertractare uellet, cum talem essendi modum non haberet nec habere posset ut existimabat Plato logico modo se, de ea tractaturum pollicetur. Ideo secundum modum & rationem prædicandi pertractat, & definitionem ipsam explicantem ex genere & definitionem constituit. Modus igitur prædicandi, & ex genere, & differentia constituendi definitionem, modus Metaphysicus non est, sed logicus, non est tamen in eo libro se Metaphysicum esse oblitus, & propterea in. t. c. 42. eã, de qua supra diximus, attulit quæstionem dicens. Dicamus primum quod in resolutoriis dictum nõ est, & ponit dubitationem cur est quod cum definitum simplex sit per definitionem partes habentem explicatur, cum tamen definitio eadem sit definito. Et soluens definitionem docet genus idem esse differentiis, & differentias easdem esse differentiæ ultimæ, ultimam uero differentiam, quæ una est atque indiuidua totam esse substantiam affirmat, logici itaque definitionẽ secundum rationem considerantis dicere est ex partibus genere scilicet & differentia constare nec habet dicere quo pacto partes illæ habeant se adinuicem secundum se, Metaphysicus uero res ipsas uere ac perfecte, ut extra animam sunt, considerans habet manifestare non partes, sed ultimam differentiam

P

cui secundum rem identificantur partes totam rei substantiā esse, quæq; quanto perfectior eo pluribus perfectiones eiusdem notionibus significantibus intelligitur, intra quas notiones logicus se se continens tanquam de diuersis simpliciter definitionem & nullo modo repetitionem per partes fieri, fatetur, at res ipsas secundum se & ut extra intellectum Metaphy. perscrutans per partes rei eiusdem repetitionem fieri affirmat, euitari tamen q; eiusdem rei perfectiones diuersas diuersis illis partibus intuemur non ualentes uti simul tota res diuersis perfectionibus constat simul distincte contemplari. In quibus ita Arist. logici & Metaphysici differentiam expressit, ut nisi is, qui non legerit, aut qui legendo neglexerit Aristotelem, non intelligat.

Cætera similiter prædicamenta secundum rem & propriam naturam Arist. in Metaphysicis declarat, non quidem quo ad modum prædicandi essentialiter & quiditatiue ad se inuicē, sicut in libro prædicamentorum in quo genus generalissimū diuidit, ordinat, usq; ad species specialissimas prædicata secundū maiorē, & minorē amplitudinē qualiū quarundā quātitatū, qualiū quorundā qualitatū, qualiū quorūdā relatiuorum & aliorum amplitudinem in eorum singulis coordinationibus disponit & de singulis secundum se & proprium significatum dicit quo pacto esse non habent nec habere possunt, ut. t. c. 2. sexto Metaphy. docet. Nihilque demum de eorum eē in substantia affirmans, cum sic genera subalternatim posita esse non habeant, licet adinuicem & secundum talem ordinem prædicationem uniuocam obtineant, nec secus definitiones taliū quo pacto a substantia dependeant perscrutari nequaquam potest. Demumq; hæc non nisi ut denominatiuam prædicationem doceat considerat, logicus, Metaphysicus uero ueram & horū propriam naturam explicat, docetque sexto Met. Arist. ipsa accidentia quiditatem propriæ uere atq; perfecte non habere, sed in comparatione ad substantiam, & additamento tantum proprie definiri, hoc est, non per ea quæ in eadem coordinatione sunt, sed per ea quæ in alia detinentur, quoniam secundum se nec sunt nec apta nata sunt esse, sed in subiecto, quod est substātia, quodq; eorum definitionem ingreditur ad eorum natura explicandam ingreditur, cum genera & differentiæ in eorum coordinatione non sufficiant, non enim considerat Metaphy. quatenus denominatiue prædicentur, sed quatenus eorum esse

dependeat a substantia quæ illius prædicationis fundamentum est. Et illorum principia propinqua & remota tandem & diuersa. 11. Metaph. declarantur, ut supra diximus.

De proprietatibus uero entis inquantum ens, hoc est, substãtiæ, & cæterorum omnium, quas proposuisse uidetur tertio Metaph. t. c. 4 similiter sufficientissime edisserit Aristo. 8. & 9. Nam. 6. & 7. de substantia penes principia, in sequentibus uero de his, quæ consequuntur tradit notitiam. Et alia quidem ratione q̃ in libro prædicamentorum agatur, in libro nanq; prædicamentorum proprietates adducit, ut doceat quo pacto quæ sunt in una eademque coordinatione ab his quæ sunt in alia diuersentur, ut attenti simus cuius coordinationis fuerit prædicatum in quacunq; propositione, & uerum subiectum denominet, aut essentiã declaret, nam si fuerit alterius coordinationis non erit uniuoca prædicatio, sed denominatiua, si uero eiusdem erit uniuoca, non denominatiua. In Metaphy. autem, cum omne genus prædicamentale necessario in actu sit secundum rem aut in potentia, quid actus, quidue potentia sit proprie & secundum naturam declaratur, & cum ad actum ueritas sequatur, cui multitudo aduersatur, quid unumquodque horum secundum indiuisibilitatem & diuisibilitaté, quid unumquodq; oppositorum, quid contrarium proprie, ac ut distinguitur a cæteris oppositis, & q circa unum, & idem numero subiectum, & quot sint contrariorum species, ex genere, ex specie, ex indiuiduo accuratissime declaratur. Et hæc est uera perfecta atq; exacta proprietatum cognitio, non superficietenus, non typo quodam ut ea, quæ logicalis est. Nam sicut typo quodam in prædicamentis substantia describitur, ut sat logico est, ita & typo quodam ut sat est logico proprietates attulit. Et ut reiecit substantiæ descriptionem typo quodam datam Metaphysicus, cum ipsius, & non alterius sit ens inquãtum ens in sua maxima amplitudine ut tertio Metaph. proponitur, & ad decem prædicamenta contractum ut sexto considerare: ita intelligendum est de proprietatibus reiectã esse has proprietatum prædicamentorum descriptiones typo quodã assignatas, cum ipsi Metaphysico, & non alii propositum sit, et quæ insunt enti secundum se in sua maxima amplitudine, & ad decem prædicamenta contractum explicare. Et propterea Arist. summa diligentia. 8. & 9. Metaph. horum notitiam tradidit, ut ostenderet reiectam cum definitione simplici substan-

tiæ & accidentium omnium simplicē & communē proprietatum notitiam esse. Quin potius cum dixerit in aliquibus contrarietatem esse, & in aliquibus non, nono Metaph. declaratur omnium generum differentias contrarias esse. Et propterea Metaph. de contrario & cæteris agit secundum se, logicus uero, ut sæpius diximus, de his in ordine ad propositiones considerat, nec secus de necessario, contingenti, de possibili atq; impossibili, siue ex modis ut in li. Perihermenias nec propter hoc talis liber Metaphysicus est, siue ex ordine a ratione inuenta, ut in libro prædicamentorum, propter quod nec iste Metaphysicus est. Et sicut ille logicus est, quia propositiones in intellectu sunt, & earum constitutio a solo intellectu connectente aut diuidente fit, dum nomen a nomine seiungit, aut nomen cũ nomine seu prædicatum cum subiecto connectit. Sic iste logicus est, quia ordo rerum simplicium secundum generis & speciei rationem non est nisi in intellectu ordinante res omnes simplices quadam notionum diuersitate maiori aut minori quadam amplitudine perceptas ab ipso intellectu dum unum ab altero abstrahit seu unum sine altero considerat, unde accipit quid per nomen notatum subici quidue in propositione prædicari habeat.

Ridiculum ergo profecto est locum huius prædicamentorum libri eē in principio sexti Met. propterea q; 6. liber ille præsupponat naturæ prædicamentorum perfectam cognitionē & eorum affectuum omnium, quæ oīa ex libro prædicamentorũ habētur. Et hoc firmiter asserere profecto prouenit ex nō intellectu eorum, quæ tanto labore, & admirabili quidem diligentia in Metaph. ostenderit. Nam si in ipso sexto Met. totius ferme prædicamentorum libri fundamentum ueluti Metaph. insufficiens reiecerit, substantia enim inter omnia prædicamēta principatum obtinet, & inter substantias prima substantia maxime substantia est, cuius tamen si descriptionem in libro prædicamentorum acceptam tanquam primi omnium ĩ propositione subiecti reiicit Metaph. necessario & totam in ea descriptione fundatam doctrinam tanq̃ Met. indignam reiiciet. Et cum nihil aliud agat. 6. & 7. Met. Arist. præterq̃ naturā substantiæ & cæterorũ prædicamentorũ ex principiis explicare, nō erit aliqua rō quare ĩ ĩ ipso. 6. pricipio liber p̃dicamētorũ desiderari possit, atq; in eo loco doctrina repudiata reponi debeat.

Horum itaq; prædicamentorum atq; proprietatum ipsaꝝ doctrinam crassa quadam descriptione traditam, logico tamē conuenientem, a Meta. secludentes inter logicales libros una cum aristotele magistro præeunte, cæterisq; recte saneq; sentiētibus Arabibus latinis & Græcis reponemus. Et inter rationales libros primum & ante librum periherminias eo quippe iure atq; ratione concedemus, ut ex hac quadam crassa reꝝ omnium cognitione notiones ipsas certo ordine digestas habentes, ex nomine & uerbo præfatos conceptus iuxta talem ordinem significantibus, non ut picas seu coruos nihil per nomen & uerbum prorsus intelligentes, aut ut grammaticus, ad recte, constituendum siue ad facunde copioseq; dicendum ut Rhetor, sed ad recte sciendum quod per definitionem & per demōstrationem habetur ut philosophus Arist. formare prius propositiones doceret, id quod in principio libri Periherminias innuit cum dixit sunt ergo ea, quæ sunt in uoce earum, quæ sunt in anima, passionum notæ, per passiones, animæ cōceptus locutioni præeuntes intelligens, quos modo logico secundū rationem generis & speciei propterea prius ordinare uoluit, dein eas orationes constituere, quibus secundum ordinem cōceptuum in scientiis quibusq; definiendo, syllogizando, atque demonstrando necessario utimur.

Plura q̄ statueram profecto adduxi non ut eis uitio dem, qui antiquorum dicta atq; sententias ipugnare suscipiunt, sed ut eos, qui nō aduertentes, aut sensa non recte intelligentes absq; efficacissimis rationibus id agere contendunt nulla laude dignos esse commoneam.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes sunt duerniones.

Venetiis in ædibus Bernardini Bindonii

M D LIII. *Mense Septembri.*

Errata impressorum incuria quæ turbare sensum possent.

In Duer. B. libri primi.

Et Metaphysi. 1.	lege & non Metaph.	p. p. li. ulti.
	C	
totum	earum	p. 2. li. 2.
non	uero	p. 8. li. 18.
	E	
habere,non	non habere,	p. 5. li. 1.
est	potest	p. 5. li. 29.
sunt	possunt	p. 5. li. 37.
	F	
aut	at	p. 8. li. 3.
	H	
differentiam	differentiæ	p. 3. li. 4.
quæ non mō	quæ ē,nō mō	p. 6. li 14.
infiniti	finiti	
finiti	infiniti	p. 7. li. 14.
	L	
īfinitū pcedere	īfinitū nō pcedere	p. 3. li. 37.
ea	id	p. 4. li. 39.
qui	quod	p. 5. li. 5.
	k	
physico	physicorum	p. 8. li. 31.
	L	
at	ad	p. 1. li. 22.
seruant	seruent	p. 8. li. 7.
	N	
sufficientissimā	sufficiētissima	p. 2. li. 2.
quidam	quidem	p. 2. li. 23.
diuisibilis	diuisibiles	p. 3. li. 17.
species	specie	p. 3. li. 19.
	O	
ꝙ	quæ	p. 7. li. 28.
de his	ea	p. 4. li. 29.
ut &	& ut	p. 6. li. 12.
existens	existit	p. 6. li. 39.